Zloi gnur

Kralsky

Carolus

XX IIII

ANIMI
Per Universi fastidia
A MUNDO,
A TERRA,
A CÆLO,
A SE IPSO,
in Deum salientis
IMAGO,
Repetitis passim Typis,
Auctore GUALTERO PAULO *è Soc:* IESU
in Archigymnasio Viennensi SS. Theol:
Doct: & Profess. ordinario,
Melodiæ Lyricæ Latinæ
RHYTHMOMETRO,
nunc Novo Patrio Carmine,
per unum ejusdem Societ:
Sacerdotem
Expressa.
Cum facultate Superiorum.

Typis Collegii Calissiensis Soc: JESU.
Anno 1682

Currite magnanimum, generoso tramite, passu
Qua Lechicus Soleæ monstrat Apollo viam.
Victrici Patriæ, Laurus vel surgit in Orbe
Aurea vel potius, Falce metente, seges.

Illustrissimis Dominis
D. D.

IOANNI

&

ALEXANDRO
IABŁONOWSKI

Ill^{mi} Palatini Russiæ
Magnæ Publicæq; Spei Filiis.

LAtio & Orbi notus Libellus hic, Auctoris eruditum ingenium, suam suavitatem, tot prægustibus, quot repetitis prælorum su-

ſudoribus aſſeruit. Jam uſurpata tamdiu luce audentior, nō Hoſpes ut hucusq́, ſed & indigena Sarmaticus ambit eſſe. Omnino feliciter, ſi veſtro Patrocinio judicia noſtra probaveritis JLLVSTRISSIMI DOMINI. Nec Polonæ Humanitatis eſſet, Advenæ huic aliud monſtrare domicilium, quam ubi contubernio Gloriæ excipiatur: nec noſtri Clientelaris officij aliunde ſubſidia, quibus ad plurium notitiam & ſtudia veniat, quam à veſtro nomine corrogare. Præterire vobis hanc beneficii laudem, quod in literas ac pieta-

tem

tem extenditur noluimus. Par est, ut olim sæculis, sic literariis monimentis, splendor à vobis veniat. Eniteat, vota bonorum omnium prolecturum omen, & prima sit, ad vestri usum publicum, literis innexa pietas; quæ ambo, nunquam non ad immortalitatem præivêre. Opportuna sanè Æternitatem sibi pignorantium commercia, eam à se in literas venerationem exigere, quantam illæ transmissis ad Posteros factis daturæ sunt perennitatem. Quanquam, hoc potiùs compendium in Nominis Vestri honore, Pagellis his occurrit ultro.

Monſtrantur abunde Poſteritati, obſtringunt famam, Veſtro ſi vultu, familiaritate, asſenſu dignamini. Nec enim ætatis unius bono, neq; ſub ſolicitudine quæ prima juventutis limina non tranſcendat adoleſcitis. Quam ſalutare Poloniæ Illuſtriſs: Parentis Veſtri Nomen, quo ſecundum Fortunatiſſimi Principis invictum Geniū, & conſultiſſimā Mentem protegitur: tam intereſt omnium, ut cum ſecuram abunde immortalibus factis memoriam ſui fecerit, Vos uſui publico Civis optimi perennitatem detis, quam fata quandoq; invide-

vide-

videbunt. Acerbum quidem est, vel inter spes mentionem Posterorum illi jungere, quem non moriturum velis; Sed abunde solatii interim contra necessitatem fati, si alia nomina, eadem merita succedant, solusque sanguis Posteros habeat, Gloria eadem diversas tantum attollat ætates. Et hæc reditura sibi de vobis ornamenta & commoda, Patriæ disponit in longum. Quam enim amplum illi, sæculorum exempla in Illustrissimo Parente Vestro circumponere sibi, tam securum ad æternitatem, quod secuturas ætates in vobis erudiat.

Ita ſanè ne quid in Domo Veſtra non ad publicum pertineat, Spes etiam de vobis in cõmune cedunt. Vobis certè magnificum eſt, ante experimenta, æſtimatione indolis, & communi bene precantium ſolicitudine noſci. Magno proinde & maximis familiari omine provehimini, mox impleturi, vel ſuperaturi Patriæ Spes & vota, jam accenditis. Interim non diverſa inſtitutioni & ſpei Veſtræ poſcimus; ut quantùm à Paternis exemplis intra animum reponendis vacabit, huc flectatis oculos, ubi non extra Virtutum cogitationem ponatur

tur

tur mora. Scimus, quam feliciter ad domestici exemplaris fidem, absolutissima, sive Invicti Ducis forma, seu Senatoris vel Civis optimi elaboretur Vobis quotidiano conatu Idea. Juvabit & Divinioris Sapientiæ arcana nosse, & a prima superficie, in imum rerum mortalium vero calculo descendere. Licebit hìc, vel mirari humani magnitudinem Animi, vel experiri: qui tum demum, in se dignam succrescit amplitudinem, si in contemptum bonorum quæ vanescunt, in imperium cupiditatum quæ dedecorant, evaleat. Vobis verò

per-

peropportunum huc advertere visus; nec Gloriæ enim capax affertur animus, nisi quem Virtutis amor dilataverit. Et in turpem vitiorum patientiam prolapsos, in vecors servitium traxit plerumque obviorum mirator genius, & mens spectatis minor; cui angustias faciant, quæ oculos illecebris intravê. Legetis hîc terræ fastidia, quæ suppedaneam faciant ad virtutẽ & verã Gloriã contendentibus: Convitia humanis intorta cupiditatibus, non sine approbatione videbitis, quæ earundem apud vos exilio acerbiora faciatis. Vltra naturæ termi-

terminos patere mortalibus deſideriis viam intelligetis; Veſtrâ quandoq; probaturi contentione, ſecuros boni exitus pro Honeſto conatus eſſe, ſi magni ſint. Spectabitis non inermia pro Cælo vota, quæ vel torpentes in amorem affectus everberent; inſtructuri & Vos, ſed indole Veſtra dignius, virtutibus utilius ſpectaculum: Nec ſuſpiriis ſed manu & conſilio cauſam acturi Numinis. Quid enim nunc quotidiana exercitatione condiſcitis, quam ut in lucem & avitorum cuſtodiam decorum futuras, pectore condatis pro immortalibus Focis

ſcin-

scintillas Virtutis Paternæ. De quo palam ambigitur, majore in Rempub: animo, an illustrioribus in pietatem exemplis, & meritorum honore Patriæ Fortunam amplificet. Spectatur non parvo miraculo in consiliis vigor animi, prima semper & sua & publicæ integritatis cura: Mens tam invicta arduis, quam cupiditatibus inaccessa. Necdum exempto horrore, admonetur memoria, fuisse quandoq; illam Superum indignatione conflatam, nostris vocatam meritis tempestatem, cum sola pereundi libidine, in mutua odia publicè rueretur. Quod hæc

fra-

fragore majore quã exitio procella detonuerit, in Virtutis illius reverentiam actum credimus, quæ furori innocentiam opponere ausa, saluberrimè admonuit, Ne hostes in Civibus quererentur; ne perdere Rempub: mallent quam errorem; neq; ulcisci putarentur Patriã, qui perimerent. Rediit tandẽ sua consiliis sanctitas, & cum vera Patriæ Caritate sui pudor. Meruit verecundiam devotum saluti communi Caput, quod se tam intrepidè arbitriis æstus illius permiserat. Memorabitur reddita non infeliciùs Castris innocentia, militari-

bus

bus conſiliis prudentiæ fàma,
legionibus diſciplina, quæ ſolis
jam hoſtibus timendas faciat.
Habet quod ſequiori opponat
famæ noſtra ætas. neq; ſola li-
centiæ & dedecorum portenta,
ſed & laudatis temporibus no-
ſcenda ſuccrevere exempla.
Experimur, ad Arma transe-
untibus, non deſidiam ſed peri-
cula auctoramentum eſſe: glo-
riâ & hoſtili cruore, non Civili
prædâ, turmas imbui: dilecta
in vicem Penatium Taberna-
cula, ſubmota ſeditionum no-
mina & inſtrumenta: conſul-
tum Paci æquè ac Exercitûs
Nomini: procul habitis luxûs

irri-

irritamentis, subtráčta necessitas, sua, mox & aliena consumendi: actæ sub pellibus hyemes; ostentata admotis hosti tabernaculis Virtus, quod tam frangere vim barbaram possit, quam sidus hibernum noverit: continuati vel clade hostium, vel contemptu triumphi. Ipsi bello & circumstrepentibus in vicino incendiis inserta pacis bona; limitum-tenus hærentia frenato cum hoste pericula: Vigori redditæ Provinciarum facies, quæ cum Castris ferro in viscera recepto obriguerant. Hæc & infinita quæ curam nostri Superis esse loquuntur, haud

haud dubiè auſpicatiſſimi qui-
dem Principis debentur animo,
ſed & Illuſtriſſimum Parentē
Veſtrum, eadem indiſcrimina-
tim ætatibus oſtendet gloria:
Cui mandatas curarum Reip:
vices incubuiſſe, non ad ſolam
obſequendi laudem vidimus,
ſed ad Patriæ ſalutem. Neq;
enim minùs hucusq; conſiliorū
ſalubritate eguimus, quam illo,
qui fortitudine, vigilantiâ, fide,
redderet felicia. Cum hæc er-
go Domeſtica Vobis documen-
ta, & Caritate & inſtitutione
in animos tranſeunt, tantiſper
& prælo centuriatos affectus,
ſui & univerſi per oblivionē,

Nu-

Numini propinquantes respicietis. Equidem non indignum, ut antequam vos præliorum meditationi, ulteriores anni & severior Palæstra per signatarum sanguine seriem palmarũ inducat, fortunatiores Achilles hi Cantus morentur, & pro Deo præliares in impetus accendant. Excusandum apud vos non est, quod Sacer hic affectuum concentus, mollioribus adrepat numeris. Blandiorem scilicet naturâ pietatem esse scitis, quicquid illam tristi severitate infament, qui sua dedecora Honesti odiis exaggerant. Per hos & sæculi fatum est,

ut

ut Virtutes, adhibita etiã aliunde in commendationem egeant gratia: Non quod suam non habeant, in sincero & per indignos pastus non corrupto palato, sed jam feliciùs nocitura vel voluptatibus vel Cupiditatibus condiuntur. Cæterum ex Humanitate Vestra potissimùm Muneri præsenti fidimus, quod inter ea quæ se hîc censuræ secura attollunt vota, nostrum non tacitè inspirat Cælo. Solis enim jam votis ut agamus, Illustrissimi Parentis Vestri honorificentissima de nobis judicia, flagrantes supra meritum affectus, beneficia non ad

osten-

oſtentationem congeſta coêgere.
Concedant, (ita Cælo, inſtemus)
Superi! ut quemadmodum Parentis Illuſtriſſimi merita, in obligando amore publico, ſola diverſitate gaudiorum variant, ſic erectas de Vobis exſpectationes; mutetis approbantiu admiratione, Patriæ ex uſu veſtri lætitiâ, Paterno judicio; qui ſe expreſſum, vel, ſi fas, ſuperatum gaudeat, his, inquam, ſpes, & vota de vobis, quam primùm & quã diutiſſimè rata faciatis. Ita vovet

Illuſtr: Nomini veſtro

Obſtrictiſſimum Caliſſienſ: Soc: IESV Collegium.

MELOS PRIMVM *ANIMI* à Mundo in DEVM SALIENTIS.

Vidi cuncta quæ fiunt sub ſole, & ecce vanitas & afflictio Spiritus.
Eccl: 1.

MELODIA PIERWSZA *DVCHA* od Swiátá DO BOGA wzbiiáiącego.

Widziałem wſzytko co ſię pod Słońcem dzieie, áliċ wſzytko Proznośċ, i utrapienie Ducha. Eccl: 1.

RHYTHMUS I.

DEus meus meum cor,
Amor meus te deperit;
Nihil boni meum cor
Te majus usquam repperit.

Mundi ſuperba larva
Quæ fronte lucet extimâ,
Eſt umbra, resque parva
Si tu ſerenas intima.

Tua quando magnitudo,
Cor implet, & comprenditur,
Quid orbis amplitudo?
Quid mundus eſt oſtenditur.

Hæc machina univerſa
Eſt ſicut uvæ granulum;
Marique terra merſa
Ut ſcrupus eſt, ut punctulum.

Nos fingimus chimæras
In punctuli faſtigiis,
Ut regna, resque veras,
Sic ludimur præſtigiis.

BOże moy ſerce moie,
Wtobie ſię kochá ſerdecznie,
Bo dobr więkſzych niż twoie,
Ználeść nie mogę koniecznie.

Pyſzna świátá máſzkárá
Ktora ná pozor iáśnieie.
Cień ieſt ſzczery i márá
Gdy ſię duch tobą zágrzeie.

Kiedy twoiey wielkośći
Serce ſię pełniąc nápawa
Te świátá wſpániáłośći
Iáko ſą liche, uznawa.

Tá ze wſzytkim máchiná,
Ieſt iák iágodki guźiczek
Oblana morzem gliná
Iák proſzek ábo punkćiczek.

My tám gdźie ten punkt wzbiera
Troie niewidy buduiem,
Iákby to prawdá ſzczera
Ták ſię guſłámi czaruiem.

QUisquis vel ex figura,
Hunc æstimandum præcipit
Mundum, vel ex statura,
Deceptus est & decipit.

Mundus nec uniformis,
Nec par sibi per omnia
Est, ipsa, quando dormis
Solent ut esse Somnia.

Qui credit esse amœnum,
Hic somnio deluditur:
Quod intus est venenum
Fuco aureo concluditur.

Pilula est amara Mundus
Condita succo laureo,
Pulcherrimus, rotundus,
Simillimus pomo aureo.

Odor ejus est amomum,
Nihil sapit concordiæ:
Vocemus hocce pomum
Malum aureum discordiæ.

KTo trzyma, że z-figury
Swiátá ſzácunek pochodźi,
Abo z piękney ſtátury,
Ten, i ſam zwiedźion, i zwodźi

Swiát áni to iednáki,
Ani ſtateczny w ſwey cerze
Owa właśnie ſnadź táki,
W iákim ſny chodzą ubierze.

Kto mu ſłodkość przyczyta
Temu ſen oczy máluie,
Bo tá trućizná ſkryta,
Złotem ſię zwierzchu gláncuie.

Gorzkąć świát ieſt pigułka
Ná konfekt w cukrze ſpoſobna,
Piękna, okrągła bułka,
Zbyt pomaráńczy podobna.

Zapách ma ormuſzowy,
O ſmák dáremne zawody,
Godźi ſię frukt tákowy
Zwáć pomoráńczą niezgody,

RYTH MVS III.

NOli vocare pulchrum,
Malum aureum ſi mundus eſt.
Foris aureum ſepulchrum,
Intus malorum fundus eſt.

Noli vocare bellum,
Quod illius labellula
Spirent perenne bellum,
Et mille conflet bellula.

Si bella fert labella,
Belliq́, promus condus eſt;
Nec iſta bella, bella;
Nec Mundus iſte, mundus eſt.

Solent vocare Mundum,
Sed vocis eſt inverſio:
Deberet hoc rotundum
Dici boni perverſio.

Lites per ergo multas,
Per bella rerum publica,
Mundi fit hæc ſimultas,
Hæc litium Reſpublica.

Dican-

RYTHM III.

NIe chwał teyto lichoty
Z pomáráńczowey pięknośći
Grob świát po wierzchu złoty
Wewnątrz dno pełne zgniłośći.

Nie nazyway łágodnym
Ze iego słowká miodowe,
W tym ięzyku zdrad płodnym
Woyny tyśiącem gotowe.

Bądź ćię usty wdźięcznemi
Bądź upominki częstuie
Ni te dobrá dobremi
Ni się świát świetnym probuie.

My tę wszystkę rośćiągłość
Swiátem zowiemy przewrotnie
Zwacby nam tę okrągłość
Dobrá przewrotność istotnie.

Wszystek stoł przed owocy
Zdobi słodyczą Swiat hoyny
Lecz w owocách niemocy
Przy wetách rwetes i woyny.

DIcamne quid ſit orbis,
Rerum quid univerſitas;
Eſt arca plena morbis,
Eſt litium diverſitas.

Quas Mundus actiones
Appellat & quæ munera;
Perinde factiones
Dici queunt, & funera.

Elementa copulantur
Bellis & actionibus:
Urbes coagulantur
Plerumq; factionibus.

Quid eſt coiiſſe turbas,
In urbium conſortia?
Niſi excitaſſe turbas,
Et Principum divortia?

Lites per ergo multas,
Per bella rerum publica,
Mundi fit hæc ſimultas,
Hæc litium Reſpublica.

SWiát w iedno zgromádzony
Gdyż żadney nie ma iednośći
Iákoż, i z-ktorey ſtrony
Imię ma poſpolitośći?

Sámo miáſtá názwánie
Coś ſię zda śmiechu godnego
Gdźież tu iednośc zoſtánie
Kędy dźiał mieſzká wſzytkiego?

Wźiął káżdy, co z obfitych
Wźiąć mu ſię rzeczy doſtáło.
I to Rzeczpoſpolitych
Dźiáłem ſię iákimś názwáło.

Ow nędzą ow Pan z Pány,
Ták ſię nieſzczęśćiem dźielimy:
I toż to bydź mieſzczány?
Tákże tu ná ſpoł żyiemy?

Prożno; źleć to gadamy:
Ták rożna ſzczęśćia ſkuteczność
(Prawdęli mowić mamy)
Nie ma bydź zwána ſpołeczność

SI mente quis revolvat
Mundana quæ ſint munia:
Quos ſortis urna volvat
Caſus, & infortunia:

Eſt Mundus iſte follis,
Genus pilæ luſoriæ,
Quod inflat aura mollis
Syringe vanæ gloriæ.

Hoc folle ſunt globatim
Rerum vices communium:
Ludunt eo datatim
Fortuna & infortunium.

Modò in ima; mox in altum
Fertur levi jactantiâ:
Salit hunc perenne ſaltum,
Conſtans in inconſtantia.

Dum porrò ſic rotatur,
Et ſaltat, & revolvitur:
Qui perdidit lucratur,
Ludusque non abſolvitur.

Wieſzże czym to świećiſko (dy?
Czym ſą wſzech rzeczy gromá
Pełne chorob pudliſko
Swárow powſzechność i zwády

Co świát ſwą uczynnośćią,
Co łáſką zowie i dáry,
W tąz to buntow chytrośćią,
W tąż zwáć pogrzeby i máry.

Żywioły ſię ſprzągáią
Dźielnemi z ſobą woynámi,
Miáſtá ſię zgromadzáią
Po wielkiey częśći buntámi.

Coż ieſt, ſwoy kray puśćiwſzy
Do miaſt ſię weſpoł zgromádźić?
Tylko rozruch wzbudźiwſzy,
Z Pány ſię ſwemi powádźić.

Przez tedy zwad zbyteczność,
Przez dawne ná plác wywody,
Trwa tá świátá ſpołeczność,
Rzeczpoſpolita niezgody.

MUndo ſimul coacto
Tam nulla ſi ſit unitas,
Quo jure, quovè Pacto
Dici poteſt communitas.

Vox ipſa civitatis,
Videtur eſſe irriſio;
Quid reſtat, unitatis,
Si regnat hic diviſio?

Ut ſors tulit ſuarum
Eſt cûique rerum portio:
Rerumque publicarum
Vocatur hæc proportio.

Hic pauper ille dives,
Diſtamus infortunio:
Eſtne iſtud eſſe cives?
Eſtné hæc boni communio?

Ne ſic loquamur unquam:
Hæc ſortis importunitas
Cum veritate nunquam
Dici poteſt communitas.

RYTHM VII.

WIerzyſzli, że żártuiąc
Ná tym galiſzczku beſpiecznie
Gráiąc, ſkacząc, táńcuiąc,
Odpocznieſz kiedy ſtátecznie!

Kto duſa tey wártałce, (nie,
Chcąc żyć ná świećie przyſtoy-
Ten w puł morza ná gałce
Chce odpoczywáć ſpokoynie.

Zbytki, gniewy, zazdrośći,
Pycha, leniſtwo i pſoty,
Iák wiry w náwáłnośći,
Kręcą świátowe roboty.

A nas, to burzliwemi,
Zbytniey rádośći ſzumami,
To gubią pogodnemi
Przy prożnowániu wczáſami.

Niechcę ia świećie zdrádny(dńie,
Iść po twych śćieſzkách ták ſná-
Bo choć to ſter maſz łádny
Błądźisz, nieſtety! ſzkárádnie.

NEc mundus ergo mundus,
Nec orbis eſt, ſed orbitas.
Labyrinthus eſt rotundus,
Habens doloſas orbitas.

Per circulos abire
Notiſſimis erroribus:
Finem nec invenire,
Nec exitum laboribus.

Eſt vita plurimorum
Quadam neceſſitudine;
Nam poſteri, priorum
Erramus conſuetudine.

Si quæris hic Aſylum,
Aut quo recurri debeat:
Vel ſoſpitale filum,
Quod exitûs ſpem præbeat:

Tecum libens maneto,
In circulum ne vertere,
Recti viam teneto,
Et in DEUM convertere.

KTo ſtátecznie rachuie
Iákie ſą świátá przymioty,
Iákie fortuná ſnuie
Klęſki, przypadki, kłopoty:

Pęcherzem okrągłuchnym (ma
Swiát ná kſztałt piły bydź trzy-
Ktory wiatrem miękuchnym
Prożna pochwałá nádyma.

W tey ſię piły mieſzkániu
Rzeczy potoczne motáią
One ſobie w igrániu
Szczęście z nieſzczęście podáią.

To z lata, to wzlátuie
Co lekkość każe táneczna,
Ták uſtáwnie táńcuie
W nieſtateczności ſtateczna.

A gdy ſię ták podawa
Tu wzgorę ćiſkáć, tu chwytáć;
Ten co przegrał, wygrawa
Záczym grze końcá nie pytáć.

CRedisne te jocando
In hocce ſphæriſterio,
Ludendo, ſaltitando,
Unquam quieſſe ſerio?

Qui vult quietus eſſe,
Et ſtare Mundi ductibus;
Vult in globo quieſſe
Qui concitatur fluctibus.

Gula, livor, ira, luxus,
Cupido, faſtus, otia,
Ut æſtus, ut refluxus
Mundi rotant negotia.

Et mille gaudiorum
Nos turbulentis fluctibus,
Cogunt & otiorum
Perire tempeſtatibus.

Has te doloſe Munde
Nolo ſequi per orbitas:
Quêi navigas ſecundè,
Totoque cælo exorbitas.

TEn tedy świát, nie świetny,
Koło to raczey gołotę,
Lábirynt krągłokletny
Ktory drog mylnych ftá plotę.

Po tych cyrkułach krążyć
Oczywiftemi błędámi
A do końcá nie dążyć
I do pokoiu z pracami.

Ieft to żywot powfzedni,
Ktorym życ iákoś muśiemy:
Bo fwych przodkow pośledni,
Zwyczáiem idąc, błądźiemy

Szukafzli tu ućieczki
Abo gdźieby fię poprzątáć;
Bądź zbawienney niteczki
Ktorą fię názad wyplątáć;

Radźę, mięfzkay fam z-fobą
Ani fię w krętách rozfzerzay,
Drog ći cnotá bądź probą
A cel do Bogá zámierzay.

HIc orbis est rotundus,
Est circulator mobilis,
Est hoc in orbe Mundus
Præstigiator nobilis.

Est arte Pantomimus,
Dum more nugivenduli
Dat verba, circuimus
Ab ejus ore penduli.

Exponit ille venum
Mirabili facundiâ,
Sensu quod est amænum
Mortalium crepundia.

Pigmenta, mella, flores,
Ramos honoris laureos,
Cupidines, amores,
Et mille montes aureos.

Hæc esse magna fingit:
Sed ista qui complectitur,
Parum nihilve stringit
Si fabulas amplectitur.

RYTHM IX.

TEn kołowrot okrągły,
Ieſt iákiś biegun i trzpietan
A świat ná niem rośćiągły,
Niepoſpolity czárletan.

Dość ſztuk umie kuglárſkich,
Z ktoremi gdy ſię gorgoli,
Plotek iego nicwiarſkich
Rádźi ſłuchamy do woli.

Ná przedáy wyſtawuie
Zdobiąc ná podźiw ſwe plotki,
Wſzyſtko co zmyſł miłuie
Czáczká, rupieći, łákotki.

Fárby, ſłodycz, kwiatczyny,
Wieńcow laurowych dwie łące:
Miłoſtki, Kupidyny,
Gor ſzczerozłotych tyśiące.

Toć on cudy poczyta:
Lecż kogo ná nie poduſzcza;
Máło ábo nic chwyta
Gdy ſię ná bayki zápuſzcza.

Co

QUod est cicada in herbâ,
Quod in plagis araneus.
Mens fila dansque verba,
Est circum hic foraneus.

In ore mille laudes,
Manusque mille basia.
In corde mille fraudes,
Quot verba, tot mendacia.

Huc (clamat evocando)
Nil hic labore venditur:
Venundatur jocando,
Emendo nil expenditur.

Emitur labore virtus,
Et plurimis sudoribus;
Veneri dicata myrtus
(Inquit) datur favoribus.

Mihi Munde gloriando
Noli loqui sublimia;
Occidis osculando,
Pullos tuos ut Simia.

Quæ-

CO świerczyk polny w źielſku,
Co páiąk w śiatce ſtulony;
To czyni po cherchelſku
Ten náſz włoczęgá mierźiony.

W uśćiech tyśiąc chwał plećie,
Rękęć cáłuie miluchno:
W ſercu tyśiąc zdrad gniećie,
A co tchnie, to łgnie pręciuchno.

Sám ſam, woła, wzywáiąc,
Dármo tu wſzyſtko przedáyno,
Kupiſz, co chceſz igraiąc,
Zá nic tu kupić, zwyczáyno.

Cnotá z pracą przychodźi,
Krwáwym ią potem kupowáć:
Mey ſię Wenerze godźi
Mirt ſwoy (powiáda) dárowáć.

Nic mię świećie nie ruſzaſz
Pieniąc ſię chlubą iák Rhodan:
Bo cáłuiąc zároſzaſz,
Jáko ſwe dźiecká koczkodan.

RHYTHMUS XI.

QUæro boni medullam;
Hinc Mundus, hinc inanitas;
Amare nolo bullam,
Cujus medulla vanitas.

Amare nolo fumos,
Qui nominantur gloria;
Amare nolo nummos,
Sunt flava terræ ſcoria.

Quo fine deperibo
Terræ gravis flavedinem;
Quo fine poſt abibo
Auræ levis gravedinem?

Hic Mundus, hoc inane
Fucatur auri cortice:
Homoque bulla vanæ
Fit ludus auræ vortice.

Hic ludus ille fucus,
Vel morbus eſt auriginis;
Vel morbus eſt caducus,
Factus malo vertiginis.

SZukam dobrá iſtoty,
Tu świát, tu iego prożnośći:
Precz bąbelne lichoty,
Ktorych iſtotá ze czczośći.

Miłowáć niechcę dymow:
Dym cześć, ia do czci chęć gubię
Tocznych z Węgier pielgrzyĺow
Rdze, źiemie żołtey nie lubię.

Ná co ia mam kocháć
W tym żołtku z błotē i ze rdzą?
Kto mi ſię każe slocháć
Ze mi te dymy nie śmierdzą?

Ten świat będąc nikczemnym,
Złota ſię chelpi połyſkiem:
Człowiek piáná, foremnym,
Staie ſię wiátrow igrzyſkiem.

Tá grá, tá fárbá buczna,
Abo ieſt z żołtey choroby;
Abo niemoc káduczna,
Nie z zawrotowli, z czegoby?

LEvis eſt, eritque Mundus,
Nam fumo & aurâ paſcitur,
Grave quid, habensve pondus
Re tam levi non naſcitur.

Uterum gerit rotundum
Superbiæ tumoribus:
Gravidum puto eſſe mundum
Leviſſimis rumoribus.

Nequit inde gratioſus
Dici, gravis vel nobilis;
Qui totus eſt globoſus
Gibboſus eſt, & mobilis.

Larvate pone vultum
De te boni nil ominor;
Ego te, tuumque cultum,
Tuasque res abominor.

Spargit, ſeritque ventum,
Si ſe tibi quis obliget:
Metat usque luſtra centum,
Pro melle ventum colliget.

Amen-

Swiat ieſt coś lekuchnego
Boś z dymu żyie i z páry:
Ták lekkie, nic ćięższego
Rodźić nie mogą towáry.

Kałdun dźwiga toczony,
Pychy puchliną nádęty:
Wierzę iż z káżdey ſtrony
Nowin brzemięniem roſpięty.

Záczym, bydź on nie może (wy:
Wdźięczny, poważny, poczci-
Bo wſzyſtek (żal ſię Boże)
Krępy, gárbáty, pierzchliwy.

Obłudny złoż máſzkárę
Nic ci dobrego nie tuſzę;
Ná cię, ná twoię wiárę, (muſzę.
Ná kſztałt, na wſzyſtko, plwáć

Wiátr rozrzuca i śieie,
Kto ſię w twą wplotł ięmiołę:
Niech ſię ſto lat żnąc grzeie;
Wiâtrem nápełni ſtodołę.

AMentis esse duco
Mundi regi vestigiis ;
Ubi cuncta plena fuco,
Et plena sunt præstigiis.

Ubi vita turpe bellum :
Mors, triste lethum dicitur.
Ubi mortis ad macellum
Invita vita ducitur.

Ubi bella sunt amæna :
Infamiæ sunt laureæ :
Ubi mella, sunt venena :
Molestiæ sunt aureæ.

Ubi flamma juncta fumo :
Humanitas, fallaciæ :
Ubi rosa juncta dumo ;
Ingratiisque gratiæ.

Et risibus dolores ;
Et appetitus tædiis ;
Et jurgiis amores :
Et lachrymæ cupediis.

POżegnał ſię z rozumem
Kto świátá ſtąpa nogámi:
W ktorym obłudy tłumem,
Pełno mamienia z guſtámi.

Gdźie żywot ſzpetną woyną:
Smierć názywáią ſkon ſmętny:
Gdźie w iátkę śmierći zbroyną
Zywot prowádzą niechętny.

Gdźie woyny ſą pokoiem,
A bánicye godnośćią;
Trucizná miodu zdroiem,
Nędze, kłopoty, rádośćią.

Gdźie płomień kopeć rodźi;
Ludzkość człowiekiẽ wykręći;
Gdźie roża z-ćierniem chodźi,
Łączą ſię z łáſką niechęći.

Gdźie śmiech w płáczu iak włáźni
Chćiwośći ckliwość ſąśiedna,
Swar gośćiem u przyiáźni
Łákoć kwileniem rozrzędna.

NOlo meos amores,
Meos vagari ſpiritus,
Ubi mille poſt labores,
Labor fit omnis iritus.

Ubi plura ſunt timenda,
Quo major eſt ſecuritas:
Ubi plura ſunt videnda,
Quo major eſt obſcuritas.

Ubi deficit facultas:
Ubi nocet innocentia:
Ubi ſeparat ſimultas:
Ubi decet indecentia:

Ubi pudor eſt pudori:
Ubi licet licentia:
Ubi ſtupor eſt ſtupori:
Ubi ſolita inſolentia:

Ubi ſtatur arroganter:
Status ubi myſterio
Res ſeriæ, oſcitanter:
Nugæ geruntur ſerio.

Niech się po tych páłácách
Chuć, i myśl moiá nie błąka ;
Kędy po tyśiąc pracách ,
Pracámi wszytká wyśiąka.

Gdźie się więcey wystrzegáć ,
Im więcey widźisz obrony ;
Gdźie tym bárźiey zábiegáć
Im więcey w oczách zasłony.

Gdźie się pełność wysącza :
Gdźie i niewinność winuią
Gdźie społeczność rozłącza :
Gdźie nieprzystoyność farbuią.

Gdźie wstyd, sprzyiáć wstydowi
Gdźie bydź swowolnym iest
Kędy dźiwno dźiwowi (wolno:
Kędy rospuśćie wydolno.

Gdźie státkuią zuchwále :
Kedy rzekomo státecznie,
Rzeczy pilne ospále ,
Plotki się dźieią zbyt grzecznie

AMabo! quisquis iſti
Per ſenſuum pa atia,
Quid eſſe reperiſti
Tot corporis ſolatia?

Cibi optimi ſaporis
Sunt alitum cadavera:
Sunt illices ſoporis
Plumæ ſomni papavera.

Et moſchus & zibethum
De murium fit ſtercore
Et veſtis, & tapetum
De belluarum tergore.

Venena purpuriſſi
Marina dant conchylia:
Et flava fila byſſi
Sunt ipſa vermis ilia.

Immo aſſeclæ Thraſonis
Belli putant ſe fulmina,
Cum cauda ſtruthionis
Vertit galeri culmina.

KTośkolwiek zmysłow śiły
Ktoś dwor ich zbiegał i ſtrze-
Powiedz iákoć Bog miły, (chy.
Co zácz te ćiáłá uciechy?

Naſmáczniey ſze tálerze,
Sćierw máią trupow i ſchaby:
Węch máku, dźwięk, i pierze
Są do záśnienia powaby.

Treść piżmá i zybetow,
Zgnoiu myſzego zbieráią:
Z ſkor źwierzęcych i grzbietow
Száty, kobierce, dźiáłáią.

Bárwiczká ná ſzárłaty
Ieſt ze krwie morſkich ślimakow
Iedwabie i bławaty
Szczere wnętrzności robakow.

Brát durnego Trázoná
Muiemá że Marſá ſłużálec;
Gdy ſtruśiego ogoná,
Nośi nádełbem káwálec.

QUid ergo, quid morarum
Mundi traho per atria;
In valle lachrymarum,
In vanitatis patriâ.

Ubi mens gravata mole,
Ad ima ſæpe truditur:
Ubi radiante ſole
A ſenſibus deluditur.

Ubi vanitatis Iris
Depingit imbrem roridum.
Coloribusque miris
Se fingit arcum floridum.

Ubi officina mentis
Phantaſtica propagine,
Ipſum nihil, ſub entis
Verique fert imagine.

Ubi ſumma veritatis
Hæc eſt: quod hoc palatium,
Plenumque inanitatis,
Verumque ſit mendacium.

NA coż tedy mieszkamy (dźie?
W tey zgniłey świátá zagro-
W padole łez pływamy
W błotney márnośći gospodźie?

Gdźie dla ćiężaru swego,
Myśl záwsze ná doł schylona,
Wśrzod práwie dniá białego,
Bywa od zmysłow zwiedźiona.

Gdźie się prożnośći tęcza,
Obłok rośisty máluie;
A świetna się nałęcza,
Przez dźiwne farby ksztáłtuie.

Gdźie myśl przy swym wárstáćie,
Gdy fantázyę nárabia,
Sámo nic, w czegoś száćie
Prawdą i bytem ozdabia.

Gdźie to prawdá sámiutna,
Ze te páłáce poczćiwe,
Są nikczemność wierutna,
Abo więc kłámstwo prawdźiwe.

SI sunt inanitates,
Si vera sunt mendacia,
Quas fert amænitates,
Quæ mundus hic solatia?

Est digna res stupore;
Quod plurimi mortalium
Capiantur aut amore,
Aut fraude rerum talium.

Quod in tot & virorum,
Et fæminarum cætibus
Pauci notent malorum
Circumdari se retibus.

Aves ut implicentur
Subtile rete tendimus:
Hoc callidè intuentur;
Et sæpe nullam prendimus.

Quêis Mundus aucupatur.
Cum fila sint immania:
Hæc nemo suspicatur:
O error! ô insania!

Mundi

IEśli to nikczemności
Iesli to kłamstwá rzetelne,
Co u świátá słodkości
Co krotofile weselne;

Godna rzecz podźiwienia
Iáko się gwałtem ći ludźie,
Bądź pochlebstwu stworzenia
Bądź dáią imáć obłudźie!

Ze i tám, gdźie lud męski,
I tám gdźie kobiet gromády,
Rzadki się strzeże klęski.
Między ták złemi sąśiády!

My dla ptászkow łowienia,
Siatkę subtelną stáwiamy;
Doyźrzą chytre stworzenia,
I często z niczym biegamy.

Ktore świát zástáwuie,
Są ták hániebne niewody,
Zaden iednák nie czuie
Iákie to głupstwo krom szkody!

MUndi aucupis videte
Quam fila ſint communia:
Iuveni puella rete:
Rete eſt ſeni pecunia:

Capitur avarus auro:
Vanâ ſuperbus gloriâ,
Victor virente lauro,
Levi pugil victoria.

Capitur iners quiete:
Piger tenetur otio:
Et fabulis Poëtæ:
Et inſtitor negotio.

Et navitæ procellis:
Et vinitores vitibus:
Et aulici novellis:
Et advocati litibus.

Eſt ergo (ſitque veſtrâ
Hoc pace dictum clariùs)
Hac Mundus in palæſtrâ
Athleta retiarius.

PAtrzcie, iákie z tą klatką,
Swiáta ſą łowy i żądze,
Młodym dźiewczyná śiatką,
A ſtárym śiecią pieniądze.

Sidli złoto chćiwego,
Pyſzałkę chwała nikczemna,
Tryumf zwyćięzcę cnego,
Szermierzá wygrá dáremná.

Odpoczynkiem ćiukowie,
Leż prożnowánia zegárem,
Baykámi Poetowie,
Kupiec ſię śidli towárem.

Nuż Dworſcy nowinámi,
Nuż burzą morſką żeglarze,
Nuż Práktycy Práwámi,
Nuż win ſzczepienie winiarze.

Ieſt tedy (w czym o łáſce
Niech u was będę beſpieczny)
Ná tey ten świát zapáſce,
Wyśiekácz śiećią wáleczny.

ESt rete mundi aſylum:
Et rete tam notabile
Ut ejus omne filum
Sit ſenſibus palpabile.

Tenentur illi odoris
Vapore reti fumeo:
Tenentur hi ſaporis
Humore reti ſpumeo.

Tenentur hi colore:
Hi muſicorum lineis:
Capiuntur hi liquore,
Qui natus eſt in vineis.

Hi ſtemmatum ſigillis:
Hi Principum conviviis:
Hi virginum capillis:
Hi pellicum laſciviis:

Hi veſte detinentur:
Hi prædiis: hi cenſibus;
Tibi nunquid hæc videntur
Patere fila ſenſibus?

Quid

Slecią się ten świát kleći
A śiećią tákiey okázy;
Ze nić káżda tey śieći
Mięższa niż pálec sto rázy.

Owi się perfumámi
Siećią i dymną i mglistą,
A owi przysmákámi
Siecią się wikłą pienistą.

Ci do málárskiey skłonią,
Tych tablaturá pozyska,
Drugiemu chłodne tonią
Ktore z-piwnice wytryska.

Tych herbowne pieczęći,
Tych páńskie śidłą bánkiety,
Ow się podwyką kręći
Ow nierządnemi zaloty.

Ci się stroiem plątáią,
Ci wśiámi, á ći czynszámi,
Więc tu zmysły zmyśláią
Ze to te wici wićiámi.

Długoż

QUid dico? quidve clamo?
Si res ut est expenditur:
Piscis tenetur hamo:
Homo seipso prenditur.

Sua quemque fert voluptas
Trahitque quo desiderat:
Leges fuisse ruptas
Non curat, aut considerat.

Sed quisque prædo cordis,
Quod maximæ est amentiæ,
Se stringit ipse chordis
Erroris & licentiæ.

Quod ista plena fuci
Mundi sit ostentatio,
Non debet inde duci
Color, vel excusatio:

Nam quidquid est, ab ipso
Nobis Deo conceditur,
Nemo nisi à seipso
In his amandis læditur

Ego

Długoż ták báiáć będę? (nica,
Bystra w rzecz pátrząc źrze-
Rybá więźnie ná wędę,
Człowiek sam sobie łápicą.

Swa káżdego wygodá,
Do chući włásnych wćiąż pędźi,
Czy to dobrze, czy szkodá,
Nic go tá piecza nie swędźi.

Ale się sam kátuie
Co iest hániebnym szaleństwem;
I sam śiebie krępuie
Tęgim rospáczy męczeństwem.

Ze pełno sámołowek,
W ktore ná świećie wpadámy,
Płaszczykow i wymowek
Ztąd sobie stroić nie mámy,

Sam Bog ná zysk człowieczy
Wszystko stworzenie pomnaża
Nikt nie szkodźi z tych rzeczy
Káżdy sam śiebie obraża.

Sam

EGo lædor à meipſo,
Lædor tamen, nec læderer
Procul ipſe memetipſo,
Deo meo ſi dederer.

Nam blandientis hujus
Mundi ſub affluentia,
Quis eſt? quis ille? cujus
Non gliſcat appetentia?

In orbe, ſive diſco
Sunt cuncta mundi fercula;
Et pertinace viſco
Imbuta ſunt opercula.

Tangendo detinemur;
Tenendo comprehendimur:
Prendendo poſſidemur:
Et poſſidendo vendimur.

Si dicis eſſe luſum:
Hunc nolo ludum ludere.
Si dicis eſſe abuſum:
Hunc nolo abuſum cudere:

Sam się ránię owszeki, (ny;
A wżdy bol: mogłbym uyść rá-
Bym sam śiebie dáleki
Bogu był swemu oddány.

Bo przy tey obfitośći
Ták pochlebnego oszustá,
Kogo przebog chćiwośći
Zła nie uwiedźie rospustá?

Ná okrągłym pułmisku
Są wszystkie świátá potráwy:
Lgnie w nich iáko w bágnisku,
Bo ie pokłoćił łeb żwáwy.

Tkniesz li się? zátrzymányś;
Trzymaszli? iuż cię chwytáią:
Chwyćiszli? dodźierżányś:
Dźierżyszli; iuż ćię przedáią:

Grą to, mowisz, świátowa;
Kát go weź z tákim igrániem:
Rzeczesz; zwyczay się chowa:
My złych zwyczáiow przestá-
niem.

TRia ſunt amica Mundo :
Opes, voluptas, gloria :
Hæc intus, inque fundo
Sunt dona proditoria.

Opes Labore patre,
Ex matre ſunt Cupidine :
Stant cum Timore fratre,
Sorore cum Formidine.

Apis inſtar eſt voluptas,
Mordet ſuis cupediis :
Quis neſcit eſſe nuptas
Jucunditates tædiis.

Fatuus honoris ignis
Eſt flamma deſultoria :
Eſt febribus malignis,
Eſt fulguri par gloria.

Sunt ergo, ſunt venena,
Sunt dona proditoria,
Utut audiant amæna,
Opes, voluptas, gloriâ.

DRyiá świátu po rodźiećkie.
Bogáctwá, roſkoſz, czci świe-
Te wewnątrz i ná ſpodźie,
Są upominki zdradźieckie.

Kłopot Oycem bogáctwá,
A chci wość mátką witáią,
Fraſunki ſię do Bráctwá
Boiáźni w-Sioſtry wpieráią.

Roſkoſz podobna pſzczele,
Kąſa iák żądłem ſłodkością:
Ktoż nie wie, że weſele
Ożeniło ſię z-żáłością?

Błędne świátłá Honoru
Są to powietrzne zapały,
Błyſkáwicom z pozoru
Febrom rowne czci chwały.

Są tedy iádowite
Są upominki zdradźieckie,
Choć rzkomo znákomite,
Bogáctwá, roſkoſz, czci świeckie

Ieśli-

SI mundus illecebris
Sese tibi despondeat,
Eventibusque crebris
Votis tuis respondeat:

Securus esse noli:
Quid sit futurum dispice.
Deoque fide soli:
Finemque semper inspice,

Qui spargit illecebras,
Cachinnulos, & jubilum:
Mox ibit in tenebras,
In lachrymas, in nubilum.

Par est tenebrioni,
Nubique par serenulæ:
Par, imo Scorpioni,
Par Mundus est Sirenulæ.

Aures utrinque claude,
Sirenibus ne jungere,
Cave Venena Caudæ
Vult Scorpio te pungere.

Puer

IEśliby pieſzczotámi,
Swiátci ſię kiedy zálecał,
I wielą wygodámi,
Twoim zamyſłom przyświecał;

Nie ufay zdrádliwemu, (day;
Co záczym przyydźie,znác zą-
Bogu ufay ſamemu
Záwſze ná koniec pogłąday.

Kto tu ſobie przebarſzcza,
I dobrey myśli záżywa;
Wnet ſię ná plutę zmarſzcza,
I we łzách ſmutny opływa.

Swiát rowien złodźieiowi
Rowien i chmurze pogodney
I owſzem niedźwiadkowi
Bá i Syrenie urodney.

Zátul uſzy po ſkronie,
Syren nie wzywày do gadek
Strzeż ſię iádu wogonie
Chce ćię ukąśić niedźwiadek.

Mło-

Puer anguis eſt in herba
Cave cave pericula,
Fuge ſpecioſa verba
Non verba ſunt ſed ſpicula.

Ne te putes abeſſe;
Quid corpore enim affinius?
Quid carne poſſit eſſe,
Quid te tibi vicinius?

Mundi manendo Civis
Omni procul juvamine,
Inter Venena vivis
In aſpidis foramine.

Ne dic libido ſordet,
Non curo non conſentio
Cupido ſæpè mordet
Et mordet in ſilentio

Vide puer teipſum,
Ne diligendo læſeris
Fugiendo temetipſum
Tute caves, non deſeris.

Młokosku wąż pod źielem ; (ty;
Złych się przypadkow strzeż ro
Pięknych słow gardź cherchelē
Bo to nie słowá, lecz gloty.

Nie wierz, by ćię nie zstáło ;
Coż ták iák ty sam twoiego ?
Coż może bydź nád ćiáło,
Coż tobie nád ćię bliższego ?

Swiátá będac mieszkáńcem
Gdźie pomoc widźisz nie spora
Iesteś gádźiny bráńcem ,
Wiámie źmiy mięszkasz komora,

Nie dość, żeć śmierdźi psotá,
I grzeszyć niemasz ná woli ,
Zgnie Kupidyn niecnotá,
A żgnie i milczkiem, áż boli.

Pátrzże dźiećię usilnie ,
Ześ szkod ́ ien gdy się sā lubisz,
Siebie się strzegąc pilnie,
Strzeżesz się tylko, nie gubisz.

RYTHMUS XXV.

Fuge, fuge, quid moraris?
Domi tuæ est incendium,
Quid cum foco jocaris,
Mors cujus est stipendium?

Ludendo te favillæ
Urunt gravi cauterio,
Placetne lusus ille,
In quo feritur serio.

Fateris esse parvas,
Res mundi & esse inutiles,
Fateris esse larvas
Et esse nugas futiles.

Fuge ergo nam probata
Virtute, ni te involveris
Ni fila præparata
Dolo bono dissolveris.

Istæ profectò nugæ
Huc perditum te duxerint,
Aut more sanguisugæ,
Tibi medullam suxerint.

Mihi

VChodź, uchodź, coż mudźiſz?
Domoſtwoć ogniē prześmiár-
Ogień żártámi ſtudźiſz, (dło:
W ktorym zápewne daſz gárło.

W żárćie płomień ogniowy,
Grzeie cię prawie do hártu,
I miłyć żárt tákowy,
W ktorym dogara bez żártu?

Znaſz to że podłey bárwy,
Są wſzytkie świátá prożnośći
Znaſz to że właſne lárwy,
Plotki, błazeńſtwá, lekkośći;

Vchodź, uchodź potężnie
Męſtwáli niemáſz i cnoty:
Bo iák nie ſtárgaſz mężnie,
Tey to nićiáney roboty:

Záprawdę te ploteczki
Abo cię w łykách uplotą,
Abo iák piiaweczki
Krew i ſzpik z ciebie wygniotą.

MIhi pes uterque prurit
Calcare mundi gloriam,
Me sanctus ardor urit,
Vincamus hanc victoriam.

Video venire rugas,
Et funeris præsagia;
Linquamus hasce nugas
Linquamus hæc contagia:

Linquamus ante mortem,
Et ante vitæ funera,
Quam Mundus iste sortem,
Quæ Mundus offert munera.

Linquamus ergo Mundum,
Rerum chaos discordium
Linquamus hoc profundum,
Et hanc cloacam sordium.

Qui vitæ ad usque fundum
Mundo dolenter hæserit
Non linquit ipse mundum
Sed mundus ipsum deserit.

CAN-

OBie mi ſkaczą nodze (męſtwē
Deptáć, świát, wzgardzáć i
Chęć święta żga mię ſrodze,
Zwyciężmy tákim zwyćięztwē.

Widzę z fałdámi gęby
I bliſkiey śmierći przełazy,
Te plewy, te otręby,
Te złe opuśćmy zarázy.

Opuśćmy źiemſcy kręći,
Pierwey niż przyidźie ná máry,
Te nikczemne rupieći
Te dárow świeckich poczwáry.

Opuśćmyſz to świećiſko
Wſzelkiey zamięſzkę niezgody,
Opuśćmy to doliſko
Ten ſtek plugástwá, te ſmrody.

Kto do ſkonnego látá,
Chętnie na świecie polegá,
Ten nie opuſzcza świátá
Ale świát iego odbiega.

MELOS PRIMVM *ANIMI* à Mundo in DEVM SALIENTIS.

Quid mihi eſt in cælo?
& à Te quid volui
ſuper terram.
Pſal: 72.

Hæc

MELODIA WTORA DVCHA

od Swiátá

DO BOGA

wzbiiáiącego.

Co mam (zgotowanego) w niebie? A od ćiebie czegom pragnał na źiemi. w Pſál: 72.

HÆc vita funus atrum,
Et vera ſcenæ eſt fabula;
Mors prodit in theatrum,
Vitæ per incunabula.

Volat hora currit ætas,
Strophen, per atq; antiſtrophẽ
Ad mortis usque metas,
Et fabulæ cataſtrophen.

Sunt regna, ſunt honores
Ut plurimum tragediæ:
Mortaliumque mores
Ludibrium Comediæ.

Quicunque ventre matrum;
Vitæ ſub auras trudimur:
Vitæ per hoc theatrum
Vel ludimus vel ludimur.

Noli rogare quarum
Sit hic, ſit ille partium:
Age tu quod eſt tuarum
Sic vivere eſt ars artium.

TEn zywot zwáć śię godźi
Smierćia i bayka widoku
Smierć ná widok wychodźi,
Pierwszym żywotá przy kroku.

Lecą czásy w prędkośći
Nie bez odmiány potoczney
Do kresu śmiertelnośći,
I końcá bayki widoczney.

Cżći, Krolestwá, dźierżáwy,
Są Trágedyey mátaczka,
A człowiecze zabáwy
Komedyálna igráczka.

Ktorzykolwiek we wrotá
Zycia krotkiego wieżdzamy
Ná tym plácu żywotá
Bábki á mroczká igramy.

Niedbay, grali kto inny,
Gniewuśá, pląsow, háyduká,
Czyń ty coś sam powinny
Ták życ ná świecie, to sztuká.

NOli invidere ſortem
Aut ſatrapis aut regibus,
Omnes obire mortem
Debemus equis legibus;

Quâ lege navigandum
Vitæ viis fatalibus:
Hac lege naufragandum
Eſt omnibus mortalibus.

Omnes ſuisque cymbis
Suisque remis volvimur:
Lethalibusque nimbis
Cymbâ ſolutâ ſolvimur.

Mare vita, morsque portus,
Hinc incolenda civitas
Aut cæli amænus hortus,
Aut tartari eſt captivitas.

Ne per maris procellam
Mens erret ut phrenetica:
Poli invenire ſtellam
Acu volo magneticâ,

Littus

Niechćiey ſzczęśćia zazdrośćić
Kśiążętom, Krolom, Ceſárzom,
Przyidźie ſię wgrob zágośćić
Ták Pánom iáko Włodárzom.

Ktoremi ſię nas práwy
W okręt żywotá náśiędźie;
Mocą teyże ustáwy
Muśim ſię rozbić ná prędźie.

Wſzyſcy ſwemi wiosłámi,
W ſwoich ſię łodkách woźiemy,
Aż zá śmierći fálámi
Gdy łodź fáluie, toniemy

Morzem żywot, śmierć brzegiem:
Ztąd (by ſię prawdá wbrod rze-
Abo w niebo ſzeregiem, (kła)
Abo iść hurmem do Piekła.

Czym ia iáko po leśie
Ták i po morzu nie błądźił;
Po gwiazdách po Mágneśie
Będę ſwey łodki bieg rządźił.

Littus legendo verrant,
Amentque terram radere:
Vel qui libenter errant,
Vel non amant evadere.

Volo tènere cursum:
Volo per altum devehi,
Et navigando sursum,
Dei sub alas evehi.

Non ibo quâ suevi,
Utor novis ardoribus
Cælum quod ante sprevi,
Est in meis amoribus.

Mihi terra risit olim
Putata delectabilis,
Quam nunc amare nolim,
Sanè, nec est amabilis.

Monet ista claritudo
Serena, cælum cernere:
Docet ipsa pulchritudo
Terrena terram spernere.

OWym to nic nie wádźi
Że śię przy lądźie tułáią,
Co ábo błądzą rádźi,
Abo przepłynąć niedbáią.

Ia wolę by też nagle,
Raz śię ná głębi ochynąć,
A rozpuśćiwszy żagle,
Pod skrzydłá Bozkie wypłynąć.

Minę tory zwyczáyne
Nowa mię chćiwość podnieca,
Niebo mnie do tąd táyne
Mey śię miłośći záleca.

Ziemiem przedtym miłował
Chcąc u niey uciech názbieráć
Iużem iey ábdánkował,
Niemász co prawdá wczym gmerać

Tá iásność, tá pogodá,
W niebo nam pátrzyć porucza
Wszystká źiemie urodá
Ziemią nas gárdźić náucza.

Gdźież-

QUocunque fert ocellus
Sui favillam luminis,
Sit unda sitve tellus;
Mei recordor numinis.

Si fortè cerno florem,
De flore surgit quæstio;
Quis cudit hunc odorem?
Deumque nosse gestio.

Si prata, rura, montes,
Valles agros, si cætera:
Sunt hæc creata pontes,
Scalæque versus æthera.

Et per suas figuras,
Et signa per terrestria,
Quid nos amare curas
Ajunt, ama cælestia.

Quo nempe res creatæ,
Tot voculæ propheticæ;
Mihique fabricatæ
Tot sunt acus magneticæ.

GDźieżkolwiek okoboie,
Swoim promieniem záśięgą,
Ziemiáli, wodli zdroie,
Wnet myśl o Bogu wylęgą.

Vyźrzę kwiateczek iáki
Wnet o nim rośćie pytánie
Zkąd wżdy w nim zapách táki?
Owoż o Bogu bádánie.

Obaczę łąki krasne,
Gory, padoły, rowniny,
Wszystko to mosty własne,
Wszystko do niebá drábiny.

Więc one, ieśli czuiesz
Ksztaltem i znáki rożnemi
Co nas, mowiąc, miłuiesz?
W niebie się kochay, nie w źiemi.

Owá ile stworzenia
Tyle w niem kazań záwártych
Tyle mam do zbáwienia
Strzałek mágnesem nátártych.

Pátrz

EN arbores relinquant
Telluris ut confinia,
Cæloque cum propinquant,
Ut gaudeant vicinia.

Sublime ſurgit Ornus,
Altumque creſcit eſcylus,
Amat eminere Cornus
Jacere neſcit Meſpilus.

Abies ſuo vireſcit
Se ſurrigens acumine,
Libentiusque creſcit
In montium cacumine.

Sunt nube quæ putentur
Ramos amanter tingere;
Sunt velle quæ videntur
Ad ſtellulas attingere.

Hæ dum per hunc calorem
Ramos in altum porrigunt;
Cordis mei teporem,
Et vilitatem corrigunt.

PAtrz iáko ſię dobywſzy
Od źiemie drzewá odſtáią
A niebu ſię zbliżywſzy
W tym ſię ſąśiedztwie kocháią.

Ná gorách rosta buki,
W gorę ſię Ieśion podnośći
Dereń przeymuie ſztuki
I Nieſplik wzrostu nie prośi.

Iodłá ſwoim wierzchołkiem
Aż ſię ku niebu wydźiera
A nie kontentá dołkiem
Gory wyſokie obiera.

Są tákie, co ſię zdádzą,
Sámych obłokow dotykáć
Są co ſię ná to ſádzą,
Zeby ſię do gwiazd przymykáć.

Te gdy w tey gorącośći,
Prágną bydź niebu przyiemne
Serc náſzych oźiębłośći
I myśli hánbią nikczemne.

Dłu-

QUid anime mi, quid urges
Hæc inferis affinia?
Ignave, quando surges
Ad syderum confinia?

Frondentibus capillis
Init Cedrus connubium
Cum rore cumque stillis
Altissimarum nubium.

Quercus propinqua stellis
Et eminente culmine,
Frendentibus procellis,
Et invidente fulmine.

Quot Fagus aucta ramis;
Tot brachiis se extendere:
Quot frondibus, tot hamis
Videtur astra prêndere.

Tu per fimeta Mundi
Sordes meras amplecteris,
Et carceris profundi
Gravi çatenâ necteris.

Długoli Duszo moiá, (czyć?
Wolisz ták z piekłem grani-
Rychłosz náwrocisz kroiá,
Czy też to wniebie dźiedźiczyć?

Rzucá roskwitłe włosy,
Cedr nâ Libanie wysoki:
Wászey pożądá rosy
Naywynieśleysze obłoki.

Dąb rosły iák po sznurze,
Pod sáme gwiazdy wychodźi,
Choć się nań srożą burze,
Choć grom záwisny nań godźi.

Ile buk mą gáłązek,
Tyle to rámion rośćiągą:
Ile rozg, tyle związek,
Ktoremi niebá snadź śiągą.

Ty po śmiećiách świátowych, (iu:
W plugástwie gmerzesz i wgno-
A w więzách ták surowych,
I w turmie szukasz pokoiu.

NOn ſola magna ligna
Effert amor cæleſtium ;
Hæc uſitata ſigna
Sunt ſtirpium terreſtrium.

Videmus & geniſtas
In montium crepidine,
Aureas levare criſtas
Ejusmodi cupidine.

Humiles per arva ſpicæ
An non amant excellere?
An non amant myricæ
Se verſus aſtra pellere.

Et arbores ſuperbæ,
Et ſimplices arbuſculæ?
Fruteta, gramen herbæ,
Et ſtirpium minuſculæ.

Omnes ad aſtra tendunt
Mirabili concordiâ :
Me porrò reprehendunt,
Qui langueo ſocordia.

NIe ſáme wiẽlkie drzewá,
W niebie śię gwałtẽ kocháią:
Tákież znáki naydźiewá,
I w tych, co mnieyſzy wzroſt/ mą.

Biedny żárnowcá kozączek,
Przy gor wyſokich kráwędźi,
Wſpináiąc śię chudaczek,
W gorę iák może ták pędźi.

Niſki kłoſow kwiatyſzek,
Ażá śię w źiemi rozwija?
Aza i támáryſzek
Rad śię ku niebu nie wzbija?

Ták to drzewá wſpániáłe,
Iáko i proſte krzewinki,
Trawki i źiołká máłe
Krzaczki, i ládá chrośćinki.

Wſzyſtkie śię zgodnie máią,
Okrągłey niebá ku Sferze,
A mnie przygánę dáią
Zem táki leniek w tey mierze.

Movvię,

PRætexu quod moretur
Me corporis pusillitas:
Natura si notetur,
Hæc prosit imbecillitas.

Solet arborum tenella
Radice facta pubere,
Ne langueat misella,
Potentiori nubere.

Sic nupta vitis ulmo
Transcendit ulmum vertice;
Sic obsequente culmo
Phaselus instat perticæ.

Hederæque sic tenaces
Muri per altitudinem;
Cucurbitæ sequaces,
Per pergulæ testudinem.

Ut jungar ergo cælo,
Me vitis est solertior?
Sum tardior phasello?
Cucurbitis inertior?

MOwię, iż do tey pieczy,
Ciáłámi ſłáboſć przeſzkadza
Znamli náturę rzeczy,
Sámá im ſłáboſć wygadza.

Zwykło ſłábe krzaczątko
Gdy ſię záweźmie korzonek,
By nie mdláło chudźiątko
Dużſzych przyſtawáć do płonek.

Ták maſz długim obłąkiem
Wiąż przechodzącą mácicę;
Ták bob ob wiſłym ſtrąkiem,
Tyczną przeraſta pálicę.

Wtąż po murowey ściánie
Pnie ſię upornie bluſzcz długi,
I korby ábo bánie
Koło podźiemney frámbugi

W śiągániu tedy Niebá.
Iam nád mácicę niedbálſzy,
Więc iść zá bobem trzebá
Mam bydź nád korby oſpálſzy?

Chceſz

ANima mea vis adire;
Cæleste patrimonium.
Debemus hic inire
Solenne matrimonium.

Si nuptui locari
In cælitum vis curiis;
Non perticis juvari
Non indiges longuriis.

Trino Deo, Deo uni
Pulchris amoris nexibus
Cor obliga, cor uni,
Et implica complexibus.

Qui cordis est pusilli,
Si cum Deo conjungitur;
Deus loco bacilli,
Statuminisque fungitur.

Et istud adjuvantis
Est gratiæ connubium,
Animiq; prævolantis
Ultra par erga nubium.

CHceſz doſtáć Duſzo moiá,
Oney niebieſkiey dźiedźiny,
Wprzod tu powinność twoiá
Slubne odpráwić zmowiny.

Chceſzli zámąż do niebá,
Gdźie ſię tá zmowá potwierdźi;
Do tegoć nie potrzebá,
Ni tyczek żadnych, ni żerdźi.

Bogu w-Troycy iednemu,
Piękney miłośći związkámi,
Serce powzday ſámemu
Złącz i powikłay węzłámi.

W kim ſercá mdleyſze kárty
Ieśli ſię z Bogiem ziednoczy
Bogiem ták będźie wſpárty,
Że go nic ná doł nie ſtłoczy.

Iteć to zrękowiny,
Ztąd łáſki pomoc dáiącey
Ztąd Duſze nád niżiny
I nád obłoki lecącey.

SI mole detineris,
Et corporis gravamine;
A plantulis doceris
Quo te leves conamine.

Quando arbores gravantur:
Vim vi ſolent repellere.
Solentque cum ſecantur,
Ramis novis excellere.

Solet agitata Pinus
Frondes minanter jungere;
Audetque preſſa Spinus
Se deprimentem pungere.

Ilexque tonſa duris
In Algido bipennibus,
Ridere vim ſecuris
Solet, lucris perennibus.

Et eminere Palma
Si quo prematur pondere:
In id indolis eſt alma
Natura, plantas condere.

CIáłáć ćięſzkość dokucza
Chcąc cię do źiemie niewolić
Ládá cię kierz náucza
Iák ſię ku niebu grámolić.

Drzewá śiłą ſzláchetną
Odpor gwałtem dawáią
A gdy ie ſnadź obetną
Nowe gáłązki puſzczáią.

Sośnia groźnemi pręty
Stráſzy ſobą chwieiącego
Tarn choc po lekku zgięty
Skłoć nieomieſzka gnącego.

Więzożołá okrzeſány
Oſtrą ná láſy śiekierą
Szydźi z podiętey ràny,
Nową nároſły kozerą.

I pálmá ſporzey rośćie
Gdy iey co broni wylotu:
Od natury tegośćie
Drzewá doſtá y przymiotu.

ET lachrymas, & iras,
Et murmur & ſuſpirium
Induſtriasque miras
Abſconditarum virium.

Cæli viá negata
Conſtanter arbor exerit,
Et certat obſtinata
Donec comas erexerit.

Si quo furore venti
Ramos minantur frangere,
Suſpirio frequenti
Auditur Ormus plangere.

Alnus renidet auris
Leni ſono ridentibus,
Iraſciturque Cauris
Per aerem ſtridentibus.

Quo truncus ille vergit
Dum ſtridet, aut iraſcitur,
Meus amor ire pergit,
Eoque fine naſcitur.

TO płáczem, to záś gniewem,
Szęmrē, wzdychánie, gorącé,
Iuż práwem iuż i lewem
Sił ſkrytych i ſztuk tyśiącem.

Pnie ſię drzewo ſtátecznie,
Gdy mu co w-gorę zábroni,
I nie wytrwa koniecznie,
Aż mu ſię drogá odſłoni.

Ieżli rcziádłe wiátry
Drzewá ſię łamác zmawiáią
Náſłucháią ſię Tátry
Iáko Iáwory wzdycháią.

Olſzyná ſię połyſká
Gdy wiátrek cichy powiewá,
Lecz ſkrámi z gniewu pryſka,
Gdy wicher bárkom dogrzewa.

O co ſię te pnie kuſzą
Gdy wnich te gniewy baczemy;
Tám ciągnąc wſzyſtką Duſzą
Ná to ſię właśnie rodźiemy.

SImul amor ut Cupressum,
Palmam videt, vel Carduum
Simul inde, per regressum
Fert sese ipse in arduum.

Et quærit ire junctim,
Idemque per vestigium;
Et sicut illa punctim
Acuminat fastigium.

Aitque, si Cupressus
Flãmæ in modum protenditur;
Queat amor esse pressus,
Qui flagrat ac incenditur?

Si pressa Palma, sursum
Levat suis se palmulis;
Amor potesne cursum
Tuis negare flammulis?

Si carduus sagittas
Suas olympo dedicat;
Amor ut eo remittas
Tuas sagittas prædicat.

GDy Cyprys chuć wrodzona,
Gdy palmę, oset, oglądá
Zárázem wstecz wściągniona
Bydź iák naywyżey pożąda.

I prágnie tymże tropem
Z niemi wespołek wędrowáć
Prágnie rownym pochopem
Wzwyż się śpiczásto prostowáć.

Ieśli Cyprys, powiáda,
Ná ksztáłt płomieniá strzelisty,
Miłość ma leżeć bládá,
Ktora iest zapał ognisty?

Ieśli pálmá ściśniona,
W gorę swym każe pátyczkom;
Możeż miłość przestrona
Biegu swym bronić płomyczkő?

Ieśli oset, swe ości,
W niebie nieiáko utyka;
(Tám tám piękna miłości
Twe strzáły rzucay) wykrzyka.

O Arbores avetis,
Ut in Deum cor dirigam:
Dum creſcitis, monetis
Ut eſſe ſurſum diligam.

Vegetabili calore,
Ramos gradatim ponitis;
Et ſcanſili virore
Scalas mihi diſponitis;

Et poma germinatis
Dulci ſapore prædita;
Et illa collocatis
In parte ſemper editâ.

Et eminente fructu
Me verſus aſtra ducitis:
Et hî loquace ductu
Nihil loquendo dicitis:

Cælumne vis lucrari?
Noli deorſum ſerpere:
Nam debet elevari
Qui poma vult decerpere.

O Drzewá! mnie wzywacie,
Bym wniebo ſerce kierował,
Roſtąc upominaćie,
Abym bydź wzgorę miłował,

Zywym mi ćiepłá pędem,
W ſchody z gáłązek czynićie
A pochodźiſtym rzędem
Szczeble źielone robićie.

Nuż iábłuſzká ſłodźiuchne,
Káżdy rok z śiebie wiiećie
A te dáry miluchne,
Záwſze wyſoko kłádźiećie.

Owá fruktem podnioſłym
Mnie ku niebioſom wabićie
A słowem z pniá wyroſłym
Ták mi nie mowiąc mowićie.

Chceſzli ty doſtáć Niebá
Nie ſtoy ná dole dáremno
W ſpináć ſię temu trzebá
Komu rwáć iábłká przyiemno.

CUm cogito, unde Corno
Sint corna purpurantia:
Quave arte, quove torno
Tornata poma Aurantia;

Disco tot esse soles,
Multiplici compendio;
Quot pomus ista proles
Fert nobili suspendio.

Est lucis, est caloris,
Est solis hæc fæcunditas:
Et aurei coloris
Persuadet hoc rotunditas.

Parit incumbante cælo
Natura tot propagines,
Et format absque prælo
Solis mariti imagines.

Si parva possit arbor
Soles pusillos fingere:
Quonam colore tardor
In corde cælum pingere?

GDy myślę z kąd głogowe
Chodzą w szárłacie iágody
Iabłká pomaráńczowe,
Zkąd swey dostáią urody.

Baczę słońcow ták wiele (cych,
W iedney gromádźie świecą-
Ile fruktow ná czele
Nie po kátowsku wiszących.

Ciepłá to i świátłośći
I słońcá płodność sámego
Znác to i z okrągłośći,
I z gláncu fárby złotego.

Naturá płod ták grzeczny,
Z niebem wylągszy pomnaża,
A obraz w niem słoneczny
Iáko Oycowski wyraża.

Mogą się w drzewku máłym
Máłe słonyszczká ksztáłtowáć;
Przecz ia w sercu wspániáłym,
Lenię się Niebo málowáć?

MIhi cerasus videtur
Ramis in orbem crescere;
Cælumque ut æmuletur,
Stellis suis splendescere.

Cerasis enim rubore
Se se suo prodentibus,
Sub frondium virore,
In ramulis frondentibus.

Uiridi micare nocte
Tot mî videntur stellulæ.
Quot solis igne coctæ
Sunt bacculæ rubellulæ.

Videre vis cometas;
Has gemmulas considera
Natura tot prophetas,
Caudata tot fert sydera.

Quærisne quid futuri
Præsagiant mortalibus;
Gustum boni affuturi
In rebus immortalibus.

Me

Wiśni się przypátruiąc,
Zda się rośc w okrąg roz-(gámi.
A niebá naśláduiąc,
Swymi się błyszczy gwiazdkámi.

Bo gdy swą rumiánośćią
Iey się wiśienki wydáią;
Choc pod listkow gęstośćią
Ná szypułkách się uczáią.

W ćieniách nocy źielonych,
Tyle się migą gwiazdeczek,
Ile w słońcu smáżonych
Rumięniuśienkich gałeczek.

Chcesz tu wiedźieć komety?
Pátrz ná te perły rośiste:
Tobie rostą ná wety,
Te ogonátki gwiazdźiste.

Pytasz się co tákiego
Te prorokuią komety;
Słodkość dobrá przyszłego,
I one wieczne bánkiety.

Záźrzeć

ME cogis invidere,
Et flere, quisquis indicas
Cadente sole flere,
Solere, plantas Indicas.

Solere præ liquore,
Præ lachrymarum ductibus:
Noctu manare flore,
Et destitutas fructibus.

Et solis in reductu,
Fœtas novis splendoribus;
Posito solere luctu
Ridere mille floribus.

Ego juro teste cælo,
Et teste conscientiâ,
Coquor impotente zelo,
Et uror invidentiâ.

Quod arbor Inda lumen
Solis remoti præsciat;
Mea mens videre numen
Dei propinqui nesciat.

Cur

Záyżrzeć á płákáć chcewá(dźi,
Gdy kto ná pámięć przywo-
Iáko Indyyſkie drzewá
Płácżą gdy ſłonce záchodźi.

Iáko prze mgliſte krople,
Przezbytnie płáczu niewczáſy,
W nocy powieſzą ſople,
Zbywſzy wrodzoney okraſy!

Záś przy odwroćie ſłońcá
Nową iáſnośćią ozdobne,
Sypią kwiatki bez końcá,
Złożywſzy gunie żałobne!

Bądź niebo mey przyśięgi
Moie bądź świádkię ſumnienie
Gniew mię przenika tęgi,
Mam od zazdrośći palenie.

Ze Indyáńſkie drewno,
Słońce przeczuwa z dáleká;
Mnie o Bogu nie pewno,
Chodź tudźieſz tudźież czło-
wieká. Ná co

Cur arbores remotæ?
Cur proferuntur Indicæ;
Plantæ per arva notæ,
Pro patrio ſunt indice;

En obvio per hortum
In flore, demonſtrabitur;
Eſt quando ſol ad ortum,
Quando ſub undas labitur.

Cum mane ſol reſurgit,
Et luce terram deſpicit;
Clytie excitata ſurgit
Ortumque ſolem reſpicit.

Cum ſol deinde plauſtrum
Quâ ſpirat Auſter exerit:
Flos ille ſpectat Auſtrum
Miror quis eum flexerit.

Suamque quando ceſat
Sol nocte claritudinem:
Se ſe ſuamque velat
Flos ille pulchritudinem,

NA co drzewá postronne,
Ná co Indyiſkie przynoſzę?
Ládá korzonki płonne
Ná ten ia dowod záproſzę.

Oto w ládá ogrodźie (dnie.
Ládá kwiatczyſkko wnet zgá-
Kiedy słońce ná wſchodźie,
Kiedy pod źiemię zápádnie.

Gdy słońce ráno rzuca,
Swoie po źiemi promienie;
Słonecznik śię ocuca,
I w słońce pátrzy ſzalenie.

Gdy zás słońce ſwych koni,
Ku południowi dogánia;
Kwiát od niego nie stroni,
Dźiwno mi kto go nákłánia.

Ná koniec gdy pod wodą
Słońce śię w nocy zátái;
Z ſwoią śię też urodą
Kwiát on ſchylony uczái.

Zá

SOlem sequuntur herbæ,
Per solis ipsas orbitas:
Cur à Dei superbe
Vestigiis exorbitas?

Deus instar esse solis,
Et esse vult pro sidere;
Et tu proterve nolis
Soli Deo confidere?

Te prata, teque flores
Pulsa student inertiâ
Alios docere mores
Spectabili solertia.

Vide rosas, amellos,
Et tulipas, & lilia,
Et quos vocent ocellos,
Quæ Chloridis monilia.

Cælo propinquiores
Hac esse parte gestiunt;
Quâ parte dant odores,
Et floride se gestiunt.

Per

Zá słońcem nierozumny
Wteż tropy kwiatek wędruie;
Czemuż człowiecze dumny,
Twoy krok do Bogá ſzwánkuie?

Chceć Bog ſtánąć zá słońce, (cze:
Chceć bydź zá gwiazdę niedbál-
Niechceſz Bogá obrońce?
Niechceſz mu ſtáć zuch wálcze?

Łąki polá i ſády,
Chcą ćię oduczyć gnuśnośći:
A ſwoiemi przykłády,
Chcą ćię náuczyć mądrośći.

Maſz roże, maſz lilie,
Maſz tulipany ná probę:
Gwiazdeczki piwoniie,
I wſzyſtkę wioſny ozdobę,

Tą częśćią nieſpokoyne
Niebu ſię ráde zbliżáią
Ktorą náylepiey ſtroyne,
I ktorą zapách wydáią.

PEr prata restituti
Sunt quando veris nundinæ
Floresque prostituti
Virente sunt arundine.

Est omnis illa florum
Amæna prolectatio.
Cælestium colorum
Suavis affectatio.

Tellus & astra certant
Reciprocis amoribus;
Si lumen astra vertant;
Respondet illa floribus.

Et est videre flores
Vultum referre syderis:
Meum cor hos amores
Invideris, si videris.

Est cura veris una,
Vestiri iisdem insignibus,
Cum sole cumque luna,
Cum noctilucis ignibus.

PO łąkách gdy ſię z ſwemi
Wioſná táſzuie towáry
Rozſypuiąc po źiemi (ry;
Pſtry kwiecia gryſzpan bez miá-

Wſzyſtkię owe wybornych
Vciechy kwiatkow foremnę
Są barw Niebá pozornych,
Náśládowania przyiemnę.

Ziemiá z niebem miłośćią
I wzáiem walczy dárámi,
Niebo ku niey z świátłośćią
Oná ku niebu z kwiatkámi.

Z tegoć kwiát ſpołkowánia,
Gwiazdźię podobien bez máłá
Duſzyczko, te kochánia,
Pewniebyś widząc záyźrzáłá!

Iednym ieſt wioſny końcem,
Temiż ſię ſzczyćić herbámi
Z Mieśiącem i ze Słońcem,
Z nocą świetnemi ogniámi.

CRepuſculum eſt, Roſarum
In albicante ſortice:
Aurora, Tuliparum
In diſcolore cortice.

Narciſſus umbilico
Fert ſolis orti imaginem,
Profeſſus aſtro amico
Debere ſe propaginem.

Solem ſuopte Caltha
Sibi colore vendicat,
Refertque, qualis alta
In parte cæli ſplendicat.

acea puſilla mole
Coloribus diſtinguitur,
Quibus occidente ſole
Lux, cum dies extinguitur;

Radioſa quando Bellis
Per prata ridet bellulè,
Cum lucidis Amellis,
Tunc ſunt per arva ſtellulæ.

ZMierzch ieſt wkwiátách rożow:
Nie ciemnobládych liſteczkách;
Zorza w tulipanowych,
Ná pſtrofárbiſtych ſkoreczkách.

Nárcyſek ſwym pępuſzkiem
Słońce wſchodzące wyraża;
Daiąc znáć tym ſerduſzkiem,
Ze ſię od niego pomnaża.

Napiętek ſwą iáſnośćią
W ſłoce ſię wrodźił dość cudnie:
Vcząc z iáką świátłośćią
Lśni ſię ná niebie w południe.

Wdowká, máłego wzroſtu,
Pſtroćią farb rożnych iáśnieie:
Lecz glánc tego pokoſtu,
Ze dniem po ſłońcu truchleie.

Gdy Stokroć promieniſta, (czki,
Z gwiazdoświetnemi kwiate-
Gra po łące rzęśiſta;
Zaż to nie źiemne gwiazdeczki?

IN ſiderum favorem
Stellam loco coronidis
Fert ille flos, cruorem
Quem nominant Adonidis.

Irim figurat Iris
Flexis in arcum floribus;
Suis referre gyris,
Suis amat coloribus.

Violæ fluens ab ore
Suavis ille anhelitus,
Vel floris ex colore
Manaſſe dicas cælitus.

Et iſta floſculorum,
Ac ſyderum conſenſio,
Eſt cauſa gaudiorum;
Dum naſcitur contentio;

Aprilibus novellis,
Cælumne pictum floribus?
An terra clara ſtellis
Dicenda ſpectatoribus?

Sáſánká kwiát czerwony
Ze ſię Niebioſom záleca
Gwiazdę miáſto korony
Ná wierzchu głowki záświeca.

Koſáciec ná wzor tęcze,
Swoie liſteczki kieruie
One przez ſwe obręcze
One tárbámi kſztałtuie.

Fiołek w ſwey ſzczupłośći
Zapách przedźiwny wydáie
Z ſámey kwiatká śliczności
Znác że go z Niebá doſtáie.

Toć nam kwiatkow i ziela
Porozumienie z gwiazdámi,
Przyczyną ieſt weſela,
Kiedy ſpor wiodą przed námi.

Skoro kwiećień przychodźi,
Oko ſię mięſza pátrzące;
Czy źiemiá gwiazdy rodźi
Czy Niebo kwieciem świecące.

Est versus astra florum
Nativa quædam caritas:
Horum parens amorum
Est alma cæli claritas.

Hiantibus labellis
Vides oriri flosculum
Libare velle stellis
Florens videtur osculum.

Aut ore hiante Solis
Haurire velle flammulas,
Sic sunt labella prolis
Matris procantis mammulas.

Ut oris est anheli!
Ut astra spirat lilium!
Hoc ore nonne cæli
Se dicit esse filium?

Quando virente in horto
Uror sacris ardoribus
Has flammulas reporto
A liliis & floribus.

Iest we kwieciu wszelákim
Miłość ku gwiazdom wrodzona
Mátka kocháńcom tákim, (na.
Iest świátłość z Niebá spuszczo-

Widźisz z tego kochánia
Usty źiáiące kwiateczki?
Snadź do pocáłowánia
Gwiazdom podáią gąbeczki.

Podstávviáią duszątká
Promykom słońcá gębuśie;
Iák ono niemovvlątká
Gdy o ssać proszą mámuśie.

Lilia, pátrz iák dyszy! (czka!
Iák tchnie ku gwiazdő w dále-
Twym tchem (á kto nie słyszy?)
Niebá się mieni coreczka.

Gdy po krasnym ogrodźie
Te żywe czytam literki;
Serdeczne w tey gospodźie
Z kwiatkow odnoszę iskierki.

QUis author est? quis ille?
Qui format arte seriâ?
In flore Granadillæ
Passi Dei Mysteria.

Est Granadilla luctus
Imago funestissimi:
Productus inde fructus
Saporis est dulcissimi.

Funesta tam suavi
Impressa flori ænigmata
Sunt hasta, tresque clavi,
Et dira quinque stigmata.

Virgæ, columna, scalæ,
Corona spinis horrida:
Miraculumque tale
Fert zona mundi torrida.

In Indiis videtur
Christi renata passio,
Ut cordibus creetur
Vel barbaris, compassio.

KTo ovvo kunſztem nowym
(A wiera ſztucznie ryſuie)
W kwiecie gránádylowym,
Mękę nam Páńſka formuie!

Ieſt Gránádyl ſam w ſobie,
Obrázem żalu ſmutnego:
Lecz frukt przy tey żałobie
Ieſt ſmáku dźiwnie ſłodkiego.

Załobne ták vvdźięcznemu.
Znáki wpoione kvviátowi:
Trzy goźdźie, włocznia k temu
Pięć ran zádáne krzakowi.

Nuż rozgi, ſłup, drábiná,
I wieniec cierniem kolacy:
A rośćie tá krzewiná,
Tám gdźie kray świátá goracy.

Snadź ták u Indyánow
Męká ſię Páńſka vvznowiłá,
Aby w ſercu Pogánow,
Swe użalenie ſzczepiłá.

AMore Trinitatis
Mî cuncta fiunt vilia:
Cum ſigna puritatis
Contemplor alba lilia.

Quot labra ſunt rapenda,
Tot ſunt diſertæ lingvulæ:
Verſant ſe in explicandâ
Divinitate ſingulæ.

In lilii umbilico,
Umbo velut Divinitas
Aſſurgit, umbo dico
Cujus corona Trinitas.

Umbonîs hæc corona,
Seu lilii faſtigium.
Eſt una, & eſt trigona,
Trini Dei veſtigium.

Eſt nutus ipſe floris
Seu lilii inclinatio
Submiſſio eſt honoris,
Suique dedicatio.

WZględem Bozkiey miłośći
Tanie świát wſzyſtek ſzácuię,
Kiedy znáki czyſtośći
Białe lilie przyymuię.

Co liſtek wzad wypárty
To to ięzyczki wymowne
Spiſuiące bez kárty
Przymioty Boztwá koſztowne.

W ſámym liliey śrzodku
Pukiel iák Boztwo wſtępuie
A wyrosłá ze ſpodku,
Troycę koroná ſkázuie.

Tá koroná pukielna,
Abo ſzczyt kvviátá cáłego
Ieſt iedná i troydźielna,
Znák Bogá w-Troycy iednego.

Ow záś ukłon nieiáki,
Owo liliey ſchylenie,
Skromność dáie we znáki,
I ſwę przed Bogiem znizenie.

QUibus ergo me moveri,
Par eſt amoris motibus?
Si flos Deo voveri
Suis amat cum dotibus.

Sunt muta labra floris:
Tamen loquuntur liberè,
Dum ſymbolis amoris
Amant Deum deſcribere.

Quid ergo? quid veterno
Languemus, ac diſſolvimur?
Calore quin superno
Ad usque cælum volvimur;

Invitat, inſtat, urget
Natura prava ſenſibus;
O quando ad aſtra ſurget
Mens floridis aſcenſibus!

Nullis profectò, nullis
Quietus horis vixero:
Donec Deum medullis,
Cordique cælum fixero.

Iákieyże mnie miłośći
Iákiey dobywáć ochoty
Ieśli kwiát ſwe vwłaſnośći
Swe Bogu wzdáie kleynoty.

Kwiát choć niemy vwárgámi
A wżdy vwymawia ſtátecznie;
Gdy miłośći znákámi
Bogá wyraża ſercdecznie.

Coż tedy rowni ſpiącym
Aż od leniſtwá topnieiem?
Czemu duchem gorącym
Lećieć do Niebá ćiężeiem?

Wabi, nálega, náuká,
Naturá niema iák trzebá;
Duſzá ſię ziemią bruka,
O kiedyż, kiedy do Niebá?

Spokoyney ſobie chwile
Nigdy á nigdy nie tuſzę;
Aż Bogá w Duſzney śile
I Niebá w ſercu zákuſzę.

NEque flore nota tantum
Telluris est proclivitas :
Libellus est amantum,
Rerum omnium nativitas.

Nam rebus his caducis
Intermicantes gemmulæ,
Sparsæ per astra lucis,
Ac syderum sunt æmulæ.

Elephas ut ortâ plorat
Aurorâ guttis roscidis,
Cunas diei adorat
Nutu suæ proboscidis.

Aves, diemque doctæ
Solemque præsentiscere,
Age, fugietne nocte
Canunt, age, expergiscere.

Tollamus ergo velum :
Ne vana sit contentio,
Cor inter, atque cælum :
Requiritur consensio.

Nie w ſámey źioł rożnośći (nie:
Znáć źiemie z Niebē ſpiknie-
Kśiąſzką ieſt o miłośći
Wſzytko ná świećie stworzenie.

Bo w tych rzeczách nie trwáłych,
Perełki iákieś błyſzczące
Ogniow niebá wſpániáłych,
Są náśládowwáć prágnące.

Słoń, gdy iutrzenká wstawwa.
Roſę zaránną ſpuſzczáiąc,
Dniowwi pokłon oddawwa,
Trąbą go ſwwoią wwitáiąc.

Ptaſzki, choć nie dáleką
Swiádome kiedy ćień wwprogu,
Krzyczą gdy noc ućieka,
Nuże, nu, wſtawway z bárłogu.

Więc tedy precz z kobiercem
Co to záſłánia do Niebá:
Między Niebem á ſercem,
Porozumienia potrzebá.

MELOS TERTIVM *ANIMI* à Cælo in DEVM SALIENTIS.

Videbo cælos opera digitorũ Tuorum Lunam & Stellas quæ Tu fundaſti. *Pſ: 8.*

Hæc

MELODIA TRZECIA *DVCHA* od Niebá DO BOGA wzbiiáiącego.

Spoyzrzę na Niebioſa dzieła Palcow Twoich, na Xięzyc i na gwiazdy ktoreś ty poſtanowił.
w-Pſal: 8.

QUam ſordet ima tellus
Et montium cacumina,
Et urbium popellus
Cum ſpecto cæli lumina!

Juſſis valere turbis
Dum nocte ſtellas intuor,
Fumos peroſus Urbis
In mille flammas induor.

Superba tecta Romæ
Sordent & alta mænia,
Solymæque fama pro me
Videtur eſſe nænia.

Cæleſtis illa prorſum
Ad ſe rapit me civitas:
Et quicquid eſt deorſum,
Eſt carcer & captivitas.

O quando! quando vitæ
His illigatæ funibus,
Mentique compeditæ
Licebit eſſe immunibus?

O Iák mi źiemiá cuchnie!
I dolin, i gor, nie żądam!
Miástá wtąż, Wśi tákuchnie
Gdy ſobie w Niebo poglądam.

Bywſzy gdźie ná uſtroniu (mi
Gdy ſię w noc báwię zgwiazdá-
Miáſto dymem ná błoniu,
Ia tyśiąc pałam ogniámi.

Rzymu przepyſzne dáchy
I chmury śmierdzą wſpániáłe;
Ierozolimſkie gmáchy
V mnie to fráſzki nietrwáłe.

Oná páńſtwá gornego,
Oná mię ciągnie Stolicá:
Cożkolwiek ieſt niżſzego
Ieſt to dla więźniow ciemnicá.

Rychłoli ſkrępowány
Temi ten żywot łáncuchy
Rychłoli duch ſpętány
Wyydźie ná wolność z otuchy.

VT terra tergiversor:
Ut mens, trahor cælestibus:
Utraque parte versor
In vinculis, & restibus.

Quot membra, quotque venæ,
Tot compedes, tot annuli:
Quot astra, tot catenæ,
Tot sunt mihi tyrannuli.

Quo se cupido vertat:
Hoc laxat illud reprimit:
Cum mente terra certat,
Attollit illa, hæc deprimit.

Admiror, & rebelle
Cum corpus & sit terreum:
Quinam movere stellæ
Possint meum cor ferreum.

Amoris esse credo
Magnete tactum cælitus:
Nam quem frequenter edo
Amantis est anhelitus.

Dum

ILem źiemiá, ćiężeię:
Ilem duch, ciągnę ku Niebu.
Oboygiem tym truchleię,
Czekáiąc w więzách pogrzebu.

Co członkow, co żył vv ćiele;
To pętá co mię krępuią,
Co gwiazd, to wind ták wiele
Ktore mię vvzgorę vvinduią.

Iák śię tu człek rátuie?
Ten wśćiąga, ztym sám poskoczy
Z duchem źiemiá wojuie,
Ow mię podnośi, tá tłoczy.

Gdyż w ćiele krnąbrność sroga
I ciężkość czuię zárázem,
Dźiw, iáko gwiazdy mogą
Ruszyć tym sercá żelázem.

Niebieskiey (tegom zdánia)
Mágnes ie ćiągnie miłośći
Bo ták częste wzdychánia
Są miłuiących własnośći.

Gdy

DUm mens ad alta pergit,
Per corpus interrumpitur
Ad ima quippe vergit
Terreſtre quod corrumpitur.

Menti ſit acre bellum,
Si cum Deo deliberet:
Quis me; quis ô miſellum
His è catenis liberet.

Fer anime mi, quo usque
Carnis ſub umbra ſeſſitas:
Ad fata durat usque
Mortalis hæc neceſſitas.

Vertente quando ſorte
Mutabitur fatalitas:
Et occidente morte
Naſcetur immortalitas:

Tunc cælitum quietis
In ſedibus locabimur,
Cum ſole, cum planetis,
Cum ſtellulis jocabimur.

Mira-

GDy w gorę duch záprząqnie
W ſtręt czyni ćiáło duchowi.
Ná doł ábowiem ćiągnie
Proch poświęcony trupowi.

Duſzá ćierpi potyczkę
Gdy śię do Bogá grámoli
Ktoż mi, przebog! duſzyczkę
Z tego więźienia wyzwoli.

Cierp, ćierp, Duſzyczko moiá
Poki w tym ciele śię kryieſz:
Tego tu niepokoiá
Tylko do śmierći záżyieſz

Gdy śmierć przyſzłá náderći,
Stanu odmiáná wygodźi,
A po zábitey śmierći
Nieśmiertelność śię národźi.

W ten czás żyć z Aniołámi
Spokoynie, da Bog zácżniemy,
Z plánety i z gwiazdámi
Cieſzyć śię mile będźiemy.

Pátrząc

MIratus astra, ploro:
Carnisque lassus pondere
In irritum laboro
Flammas meas abscondere.

Anima mea concupiscit
Dei introire altaria,
Et hæc cupido gliscit
Videndo luminaria.

Sed corporis rebellis
Dum passiones mitigat:
Perennibus duellis
Cum mente sensus litigat.

Ut ut tamen retardet:
Rixasque corpus seminet:
Amore jam cor ardet,
Ardore semper eminet.

Et eminendo ludit
Cæli supra testudinem:
Sibique vincla cudit
Mirando pulchritudinem.

Pátrżąc w Niebo łzy leię
A ćiáłem cięſzkim ſtłoczony
Prożną ſię prácą grzeię
Chcąc ogień táić zámkniony.

Wniść do Bozkich Ołtarzy
Duſzá ſerdecznie pożąda
A tá ſię żądza żarzy
Gdy oko w gwiazdy zágląda.

Wſzákże gdy namiętnośći
Krnąbrnego ćiáłá miárkuie
W codźienney ſwárliwośći
Zmyſł ſię z umyſłem cektuie.

Choćiaż iednák nie ſkore,
Z duchem ſię ćiáło tármośi;
Serce miłośćią gore,
I ták ſię wzgorę wynośi.

Więc gdy ſię wyżey czuie
Igra po Niebie z rádośći
A ſobie petá kuie
Tey ſię dźiwuiąc ślicznośći.

Tákći

MEum cor ergo ſurſum
Vinctum tenent cæleſtia;
Ad ima ferre rurſum
Eſt ſumma mi moleſtia.

Quid enim, quid iſte cultus?
Quid mundus eſt? illuſio:
Quid regna? ſunt tumultus,
Quid urbs? chaos, confuſio.

Telluris eſt imago
Umbroſa quædam vanitas;
Omnis mali propago,
Late tumens inanitas:

Sed aſtra, ſed cometæ
Sed ſparſa cælo lumina,
Sed luna, ſed planetæ,
Sed lucis illa flumina.

Sunt lucis æviternæ
Quædam velut favillulæ,
Amantium lucernæ,
Divinitatis ſtellulæ.

Cum

TAkći mi tęgo dosyć
Serce Niebiosá pętáią
Przetoż ie ná doſznośić
Wielką mi ćięſzkość zádáią.

Co bowiem, co w tym kſztałćie
Co mowię świát ieſt? ſzyderſtwo
Co Páńſtwá? rozruch w gwałćie
Co Miáſta? zgiełkow miſterſtwo.

Poſtáć krągu źiemnego
Ieſt iákaś prożność rośćiągła
Korzeń wſzyſtkiego złego
Czczość z wypukłośćią okrągła.

Lecz gwiazdy, lecz komety,
Lecz one Niebios iáſności
Lecz Księżyc, lecz Plánety,
Lecz one rzeki świátłośći.

Ogniow wiecznie świecących,
Są iákieś drobne cząſteczki
Podpały miłuiących
Istoty Bóſtwá kápeczki.

Pátrząc

CUm ſpecto noctiluca
Tot ſiderum miracula:
Hæc terra, & hæc caduca
Sunt ſpectra non ſpectacula.

Piget hanc videre molem,
Et hancce turpitudinem;
Cum mane cerno ſolem,
Ejusque pulchritudinem.

Phy terra, phy barathrum
Mutabilis ſubſtantiæ;
Phy terra, phy theatrum
Perennis inconſtantiæ.

Phy terra, phy ſepulchrum,
Mortisque ſeminarium,
O luminare pulchrum!
Principsque luminarium.

O artifex dierum!
O architecte luminis!
O ſol, origo rerum!
O ſol, ocelle Numinis!

Sine

PAtrząc w bláſk nocnooki,
Ogniow ná niebie cudownych
Stráſzydłá nie widoki(wnych.
Są w czáczkách źiemie koſzto-

Grozá, tey ſię máchinie
I tey przypátrzyć brzydkośći
Gdy ſłońce w dźień rozwinie,
Swey federpuſze ślicznośći.

Pfa źiemio, pfa bágniſko,
Wſzelákiey rzeczy odmienney
Pfa źiemio, pfa śiedliſko
Nieſtátecznośći codźienney.

Pfa źiemio, ſmrodu grobie,
Dźiedźiczna śmierći goſpodo;
O ſłońce śliczne w ſobie,
O świáteł wſzyſtkich urodo!

O rządzco dniow miſterny!
O budowniku świátłośći!
O Sprawco rzeczom wierny!
O Bozkiey oko iſtnośći!

SIne ſole quid colores?
Quid prata ſunt vernantia?
Quid gemma? quidve flores
Quid omnis elegantia:

Ut ille mundi ocellus
Sub Heſperum demergitur:
Cæcutit inde tellus,
Turpique nocte inſpergitur.

Et ridet, & revertit
Lucis ſerenæ puritas:
Ubi mane terga vertit
Solem timens obſcuritas.

Quàm judicare pronum
Hinc eſt quod inſtar fluminis
Deſcendat omne donum
A ſole patre luminis.

A ſole dico, cujus,
Amore terra ſpernitur:
Qui luc ſolis hujus.
Sicut per umbram cernitur.

BEz Słońcá coli fárby
Co łąki wążą źięlone!
Perły? kwiećia? pántarby?
Wſzyſtkie ozdoby ſtworzone?

Iák ono oko świátá
W morzu ſię w wieczor zátopi,
Tudźieſz wzroku utrátá
I ſzpetną źiemię noc kropi.

Záś ſię śmieie miluchno, (rze;
Przy wdźięcznym Niebo łázu-
Gdy przed Słońcem ràniuchno,
Cięmność ucieką w kápturze.

Zaż to nie iáwne znáki, (ści,
Ze ná kſztałt Rzeczney byſtro-
Zſtępuie dar wſzeláki
Od ſłońca Oycá świátłośći?

Słońcám rzekł, dla ktorego,
Miłowáć źiemie niechcemy;
Ktore przez bláſk náſzego,
Iáko przeze mgłę widźiemy.

SI nox, dies ſit, angor,
Et nutrior doloribus:
Noctu diuque tangor
Dei ſacris amoribus.

Seu ſpargit Heſper umbrás:
Seu Solis ardent lumina;
Amor! amor in me adumbras.
Divina ſemper numina;

Et fabricas catenas,
Et cogitas includere.
Excogitasque pænas,
Amasque mecum ludere.

Lunæ micante tædâ
Tæda meum cor tangitur;
Solis rotante rhedâ
Rhedâ meum cor angitur.

Duo per ſpecilla lucis
Me reſpicit Divinitas;
Quo me per illa ducis
Amoris ô infinitas!

Amor

NOcli, dźieńli, truchleię,
Zalu śię karmiąc gorzkośćią;
W dźień i w nocy goreię
Bozką pałáiąc miłośćią.

Lub dźień wieczorem ſkona,
Lub żyw po Niebie ſábuie;
Miłość, miłość zámkniona,
Bogámi w ſercu ryſuie.

Onáż kuie káydány
Onáż mię myśli okowáć:
Zádáć mi zmyśla rány,
Miło iey ze mnie żártowáć.

Księżycli świeći w nocy;
Sercu mi świecąc dogara;
Słońceli tnie w károcy,
Serce mi lotem roſpara.

Przez te dwie okulary,
Námnie moy Boże pogládaſz:
Gdźież mię przez te pożary,
Bozka miłośći wieśdć żądaſz?

AMor ô amor quousque
Quousque mecum luditur
Quid usque & usque & usq;
Cælum mihi præcluditur.

Animæ meæ favilla
Ad astra jure pertinet:
Cur terra nunc in illâ
Me servitute detinet?

Terrena, vilipendo,
Et memet ipse abominor,
Me cælo amando vendo,
Cur non in astris nominor?

An semper ista verram,
Terramque mortis atria?
Pudor est amare terram,
Cœli relictâ patria.

Si nuper hanc amavi,
Cor nunc in astris figitur:
Tot sunt quot astra, clavi
Quibus Deo configitur.

MIła moiá miłośći,
Pokiż, ey pokiż, mnąłudzą?
Czemu áż do tęſknośći
Ták mi do Niebá wniść mudzą?

Płomyk Duſzyczki moiey
Práwem należy do Niebá:
Czemuż w niewoli ſwoiey,
Więźić mię źiemi potrzebá?

Ziemię lekce ſzácuiąc
Znią nienawidzę ſam śiebie;
Niebum przedań miłuiąc
Czemużem tedy nie w Niebie?

Czy mi ſię wiecznie báwić,
W párſku zgniłego żywotá?
Wieráć Niebo zoſtáwić,
A źiemię woleć, ſromotá.

Miałlim z nią niegdy zmowę;
Dźiś ſerce wgwiazdách záwiiá:
Co gwiazdá! to gwoźdź wgłowę;
Tym ſię do Bogá przybiiá.

O Astra fixa cælo :
Noctemque declarantia ;
O æstuante zelo ,
Meum cor inflammantia !

Itote vos amorum ,
Itote flammæ perpetes
Prænuntiæ meorum ,
Itote vos interpretes.

Sed cur micando nictas
Cælum, meis obtutibus :
Quid annuendo dictas ?
Quid innuis tot nutibus ?

Fortaſſe quod creatis
Me nolo rebus vendere ,
Quia malo cum Beatis
In cor Dei tranſcendere.

Petis velim ne ſurſum
Quid literarum mittere ?
Stellæ tenete curſum
Tantisper ecce literæ.

O Gwiazdy w Niebie tkwiące,
O ćięmney nocy pochodnie?
Serce mi wſkroś żarzące
Ogniem wznieconym łágodnie!

Bieżćie bez przeſtawánia,
Bieżćie obrotne biegáczki:
Mego w Bogu kochánia
Bieżćie me wierne tłumáczki.

Ale czegoż mrugaćie,
Temi ná migi błyſkámi?
O co ná mię kiwaćie?
Co námieniaćie migámi?

Podobno, że ſtworzonym
Niechcąc ſię rzeczą przedawáć;
Z pocztem błogosłáwionym,
Chcę ſię áż w Bogu oſtawáć.

Pytaćie, czy tám wámi,
Iákiey nie poślę cedułki?
Stoy, ſtoy Niebo z gwiazdámi;
Owo liſt: day ſám ſzkátułki.

INSCRIPTIO.

DEO TER OPTIMOQUE,
TER MAXIMOQUE NUMINI,
CORDIS MEI INTIMOQUE,
ABSCONDITOQUE LUMINI.

LITERÆ.

Qui pellis atque veli
Expandis instar ætherā,
Orbis Monarcha cæli,
Terræque Rex, & cætera.

LAngueſco pro medelâ
Vis ut magis te diligam
Amoris eſt loquela
Quam neſcio an intelligam;
Cupiduſque ſum ſciendi,
Noli mihi reſcribere;
Amore te videndi
Langeſco dico liberè.
Humi datum, ſacrorum
Nocte annua Natalium.

Servus tuus tuorumque

Ion addo qui ſit annus;
Imata ſempiternitas
acit, ut Amor tyrannus
Idſcribat hic, ÆTERNITAS.

Ego infimus
mortalium.

N A P I S

BOGU WSZECH NAYLEPSZEMU
WSZECH NAYWIEKSZEMU KROLOWI,
SERCA MEGO WNETRZNEMU
I ZAKRYTEMU OGNIOWI.

L I S T.

Ktoryś ná kßtałt pięknego,
Niebo rośćiagnał ßpalerá;
Monárcho świátá wßego,
Krolu Nieb, Ziem: & cætera.

MDleię: miasto recepty
Każeſz ſię więcey miłować:
Miłośći te to ſzepty,
Niewiem czy mogę poymować.
Rad ſię dowiem atoli.
Niechcęć o odpis naskwierac:
Z zbytniey widzieć ćię woli,
Muſzę (w klar powiem) umierać.
Dan na ziemi przed Gody,
W nocy, z pokłonem y z dzięką.
Twoy
N. z Ziemskiey Słobody,

Słußká nayniżßy
ſwą ręką.

Nie pißę Roku w liśćie,
Z wielkiey lat wiecznych miłośći.
Piſáćli rzeczywiśćie;
Więc pißę: ROKU WIECZNOSCI.

NOn vivo, non ſed inter
Vitæ procellas mæreo;
Dum carnis iſte linter
In anchoris eſt, hæreo.

Fidesque, ſpesque, binæ
Sunt anchoræ, queis fulcior,
Donec meæ carinæ
Aſpiret aura dulcior,

Ubi flarit aura mortis,
Finesque vitæ invaſerit:
Patentibusque portis
Captiva mens evaſerit.

Enavigabo cælum
In cælitum ſplendoribus,
Et explicabo velum
Favoniis amoribus.

Hac ſpe, quieſco fluctus
Hos inter, & procellulas;
Meosque fallo luctus,
Procando cæli ſtellulas.

NIe żyię, lecz káwęczę,
Miedzy żywotá fálámi:
Poki śię nie wyręczę,
Z tey ćiáłá łodki, biádá mi.

Wiárá żywa z Nádźieią
Mey pará kotwic łodeczki:
Ná nich trwam áż powieią,
Kęś łágodnieysze wiátreczki.

Skoro wiátr śmierći wionie,
Zyćia náchodząc gránice;
A duch po káżdey stronie,
Naydźie otworem ulice;

Wnet ná morze wyskoczę,
Oney Niebieskiey iásnośći;
I tám żagle rostoczę,
Wiátrom przychylnym miłośći.

Tą śię Nádźieią wspieram, (iąc;
W tych náwáłnośćiách pływá-
A łzy z oczu oćieram, (iąc.
W samych śię gwiazdách kochá-

O wgia-

O Astra quando cæli
Per cærulum vagamini;
Mihi servulo fideli
Cor integrum furamini.

Quot in oculos venitis
Scintillulis & nictibus:
Tot cor meum feritis
Et spiculis & ictibus.

Me vultis esse nudum
A terreis affectibus;
Me vultis esse ludum
Vestris iis aspectibus:

Ignes abite chari,
Cum flammulis lenonibus:
Non est bonum morari
Me nocte cum prædonibus.

Immo immo state stellæ
Et duplicate spicula;
Cor est quidem rebelle:
Sed hæc amat pericula.

Ite,

O Gwiazdy! gdy po ſwemu,
W taniec ná niebie idźiecie;
Mnie ſłużeczce wiernemu,
Serce ze wnątrzá ſzarpiecie.

Ilą iſkier i mgnienia
W oczy mi co noc wpadaćie;
Tylą ſtrzał uderzenia,
W ſerce mi moie tráfiaćie.

Táiemnym mię urokiem,
Z źiemſkich zwłoczyćie áfektow
Chcećie grą, i widokiem,
Swych mię uczynić áſpektow.

Idźćie miłe wągliki, (mi:
Z wáſzych płomykow pieśćká-
Mnie w nocy z rozboyniki,
Nie dobrze chodźić kątámi.

Co, co? bá ſtoyćie proſzę,
A tych mi ſztychow przydayćie
Serceć uporne noſzę,
Lecz tu od ważnę: ſtrzelayćie.

ITe, ite cæli ocelli,
Me dedo veſtro lumini;
Fateorque jure belli
Me mancipatum Numini.

Simul atque ſplenduiſtis;
Captus Dei ſum gloria
Vos me mihi abſtuliſtis;
Sed eſt Dei victoria.

Non calcitro protervus,
Arridet hæc captivitas,
Amo Dei eſſe ſervus;
Eſt ſervitus feſtivitas.

Peto loco favoris,
Nolite capto parcère:
Captivus eſt amoris,
Amoris eſto in carcere.

Carcer Deum procantis
Stellata cæli eſt Regia:
Amabo vos amantis
Servate privilegia.

O Qua-

IDźćie oczeńki Niebá,
Wáſzych ſię trzymã kágáńcow:
Wyznawam iák potrzebá
Zem ieden z Bozkich imáńcow.

Skorośćie roziáśniáły,
Chwałá mię Bozka zwiazáłá:
Wyśćie mi mię porwáły,
Lecz miłość Bozka wygráłá.

Niechcę wierzgáć zuchwále,
Bo to niewola miluchna:
Zem ſługá Boży cáłe
Ieſt mi tá ſłużbá ſłodziuchna.

Iedney proſzę ludzkośći,
Nie przepuſzczayćie ieńcowi:
Więźień to ieſt miłośći
Bydź w iey táráśie więźniowi.

Tárás więźniá Bozkiego
Ieſt páłác Niebá gwiazdźiſty:
Proſzę kochánká ſwego,
Práwá chowayćie i liſty.

O Quale te fruenti
Erit Deus solatium!
Si tale diligenti
Promittitur palatium.

Quam pulchra quæ creasti
Quam pulchra tentoria!
Quam chara sunt quæ parasti,
Quam chara diversoria.

Ut arcuata sursum
Stat fornicis rotunditas!
Ut ordinata cursum
Cæli tenet jucunditas.

Ut præsto te stat ante
Sol inter astra maximus:
Ut luna te vocante,
Stellæque dicunt adsumus.

Ut sol suis renatus
Sese coronat ignibus.
Ut syderum senatus
Solis nitent insignibus:

Ná tobie osiádłemu,
Iákiż Ray Boże zbuduią?
Ieśli tuć służącemu
Páłác ták śliczny gotuią!

Iákeś piękne zbudował,
W tym świátá polu namioty!
Iákeś miłe zgotował,
W gornych páłácách pieszczoty.

Iák ono obłoczysta,
Stoi sklepienia okrągłość!
Iák tá gwiazdowzorzysta,
Biega porządnie rośćiągłość!

Iák w twym usługowániu,
Słońce ochotne widziemy!
Księżyc ná záwołániu!
I gwiazdy mowią, idźiemy!

Iák Słońce co dźień rodne,
Swemi się zdobi kleynoty!
Iáko gwiazdy pogodne,
Słońcá się szczycą przymioty.

QVando videntur aſtra,
Clamo ſtupore percitus,
Quam gratioſa caſtra!
Quam pulcher eſt exercitus.

Prior emicat capillis
Aurora diſcoloribus,
Dans mille, mille ſtillis,
Primam ſalutem floribus.

Pulcher deinde viſu,
Flammisque ſol vitalibus
Micat, aureoque riſu
Facit diem mortalibus.

Noctis ſequuntur horæ:
Et luna cæli finibus
Pallente prodit ore,
Argentibsque crinibus.

Rurſum cadente nocte,
Sunt absque laſſitudine
Dies redire doctæ,
Pulchra viciſſitudine.

WIdząc gwiazd pełne wozy,
Muſzę záwołáć zdumiáły:
Iák to wdźięczne obozy!
Iáko to poczet wſpániáły!

Napierwſza ſię włoſámi,
Zorzá złotem połyſka:
Ktora tyśiąc kroplámi
Zdrowie ná kwiáty wytryſka.

Ożywiáiące potym,
Pięknego Słońcá promienie,
Lśnią ſię, gdy śmiechē złotym,
Dolne oświecą ſtworzenie.

Toż záś i gwiazdy iádą;
Toż Kśiężyc z źiemney wątory,
Twarzą wychodźi bládą,
I śrzebrzyſtemi kędźiory.

Znowu gdy noc zápádnie;
Dźień prożen w biegu nágány.
Záraz náſtąpi ſnádnie,
Pięknej porządkiē przemiány.

O Słoń-

O Bella luna! bellus
Sol! bella cæli lumina
Quam bellus hic libellus
Sunt ſyderum volumina?

Cælum instar est papyri,
Cujus reduplicatio,
Multiplicesque gyri,
Sunt apta complicatio.

Duo ſunt poli statuti
Utrimque pro compagine:
Super polos voluti
Nox & dies ſunt paginæ.

Sunt luna, ſol, planetæ,
Tot litteræ majuſculæ
Sed astra, ſed cometæ,
Sunt literæ minuſculæ.

Legit ultimus popellus
Has litteras per lumina,
Bellus Dei libellus
Sunt ſydeum volumina.

O Słońce! o gwiazdeczki!
O piękne Niebios ſorboty!
Toć to kſztałtne kśiążeczki,
Te gwiazd i plánet obroty!

Niebo iák pápier iaki
Ktorego w poły ſkrzywienie,
I obroż wieloráki,
Ieſt ſádne w kupę złożenie.

Grzbiet z obu ſtron dla mocy,
Dwiemá rogámi ieſt zwárty:
Ná ktorych dni i nocy,
Kołem wártowne ſą kárty.

Słońce, Kśiężyc, płánety
Maſz to litery rośleyſze:
A gwiazdy i komety,
Są cháráktery kęs mnieyſze.

Te człowiek ná dáleczką
Czyta po iſkrách rámoty:
Kſztałtną Bogá kśiążeczką,
Są mu te Niebios obroty.

Dei manus perennis
Ductando cæli lumina,
Conſcribit iſta pennis
Currentibus, volumina.

Diebus exprimendis,
Delineandis menſibus;
Uti ſolet ſtupendis
Duobus amanuenſibus.

Viden agili volatu
Ut luna circumvolvitur?
Celerique ſol rotatu,
Per ætherem convolvitur?

Calamus uterque ſcribæ
Scribentis eſt velociter:
Clamantis juge ſcribe, &
Manum moventis ocyter,

Quod ſi Dei miniſtri
Sunt, cæli iſta lumina;
Magni liber magiſtri
Sunt orbium volumina:

Ce-

Ręká Bozkiey potęgi ;
Włocząc złotokost Niebieski,
Kursywą te to Księgi ,
Pisze od deski do deski,

Ná dniow wyobráżenie,
Ná ábrys biego w Mieśięcznych;
Biegłych ná podźiwienie,
Ma dwu Pisarzow odręcznych.

Widźisz, iák żártkim lotem
Księżyc do kołá hárcuie ?
Iáko chybkim obrotem ,
Słońce po Niebie wędruie ?

Piorá to widźisz dwoie ,
Pisárzá w piśmie prędkiego ;
Co woła, nu oboie ,
I w rąk ruchániu chyżego.

One gdyż bez mitręgi ,
Bogu służące baczemy ;
Wielkiego Mistrzá Księgi
Te Trony Niebios názwiemy.

CElebrium Scholarum
Eſt mundus univerſitas
In qua omnium bonarum
Eſt artium diverſitas.

Sunt aſtra claritate
Quam nata ſunt emittere
In ea Univerſitate
Humaniores literæ.

Diſcurſus univerſus,
Eſt proprius Poematis
Sunt nox diesq; verſus
Lux inſtar eſt emblematis,

Verſus ii minorum,
Conſtant choreis ignium
Stropha verſibus duorum
Præ cæteris inſignium.

Quibus non ſtupendis odis,
Qua ſiderum melodia,
Amor Pöeta prodis
Quæ ſit Dei proſodia?

Non

TEn świát ieſt Szkoł chwale-
Akádemia nieiáka : bnych,
W ktorey wſzytkich potrze-
Ieſt nauk rożność wſzeláka.

Gwiazdy względem świátłości,
Ktorą wydáiąc wkrąg bieżą ;
W tey náuk powſzechności
Do Grámátyki należą.

Dyſzkurſy uſtáwiczne
Są Poetyce właściwe ;
Noc i dźień wierſze śliczne ,
Swiátłość emblemá prawdźiwe.

Te wierſze z kęs podleyſzych,
Złożone świáteł bywáią
Dwá wierſzow pozornieyſzych
Rytm ieden znáczny ſkłádáią.

O iákoż w tey ſkłádności ,
W ktorą Niebioſá przypráwiaſz
Rymotworko miłości ,
Boſką wnich ſztukę wyſtáwiaſz!

NOn eſt opus Studenti
Habere commentaria,
Per ſe patent legenti
Deſcripta luminaria.

Quodſi Venus laboret
Lunæque ſit defectio,
Lunamve decoloret,
Telluris interjectio.

Licet iſte literalis,
Senſus ſit obſcuratio
Fit prompta marginalis
A ſole declaratio.

Curæ videntur unæ
Et una ſolis munia
Lumen creare Lunæ
Ad usque Plenilunia.

En quo Deus nitore
Quantaque claritudine,
Quo me docet calore
Lucisque promptitudine?

W Rzeczách gornych uczniowi,
Zadnych wykładow nie trzebá
Iáwne czytelnikowi,
Swiátłá pisáne w śrzod Niebá.

Więc kiedy pospolićie,
Wenus i Księżyc zmutuie ;
A Księżyc miánowićie
W ćieniu nã źiemnym zblákuie.

Choćiaż to tám záćmienie
W sensie więc bywa widocznym;
Wnet iednák obiáśnienie
Da słońce w texćie pobocznym.

Tą się zda Słońce morzyć,
Tą sámą pracą zálecáć ;
Swiátło w Księżycu tworzyć,
I áż go w pełni oświecáć.

Oto z iáką szczerośćią
Iák mię Bog uczy rozdźielnie!
Z iák wielką gorącośćią
Iáśnie! ochotnie! rzetelnie!

DEus docet figuras,
Præcepta per communia
Per luminis lituras
Dum format interlunia.

Curvæ micante Lunæ,
A sole fit Parenthesis
Implentur hæ Lacunæ
Hæc est figura Epenthesis.

Sol ipsemet fit hujus
Amator elegantiæ
Notanda luna cujus
A sole sit distantiæ.

Quando sua statura
Sub sole luna ponitur
Ecclypseos figura
Tunc à Deo componitur.

Solisque dum docetur,
Lunæque conjugatio
Utriusque si notetur,
Fit nota declinatio.

BOg uczy kſztałtney mowy
Przez poſpolite Reguły: (wy
Gdy przez czcze świátłá ro-
Czyni z Księżycá krzywuły.

Rogiemli Księżyc będźie;
Słońce tę przerwę ſpráwuie:
Zyſkałli co po ſzkodźie;
To ſię przydatkiem miánuie.

I ſámo náwet Słońce
Tę ſobie ſztukę ſnadź ſłodżi:
Tylko pátrz, w ktore końce
Księżyc od Słońcá odchodźi.

Iák po oſtátniey kwádrze,
Księżyc pod Słońce podeydźie;
Lubo ten z tym nie zádrze,
Nam ná zácmieniu nie zeydźie.

Gdy ſię nam uczyć dáią,
Złaczenia z ſobą tych dwoygá,
Zárázem náuczáią
Stronienia wzáiem oboygá!

CÆlum liber videtur
Rerum Dei venalium,
Sed si stylus notetur,
Volumen est annalium.

In hoc leguntur horæ
Ex artis elegantia.
Scriptæ pari tenore,
Æquabili distantia.

Hic lineæ dierum
Et periodi mensium,
Capitaque summa rerum
Annale componentium.

Horis, diebus, annis,
Volumen hoc componitur:
Primamque, sol, quotannis
Ad lineam reponitur.

Quam jugis est amoris
In nos Dei dilectio:
Annis, diebus, horis,
Fit pulchra nobis lectio.

NIebo Księdze podobne,
Towárow Bogá przedáynych:
Lecz iest pismo osobne,
Dźieiow do roku zwyczáynych.

W tey Księdze są wytwornie,
W szystkie godźiny pisáne;
Iednym trybem pozornie,
W rowni od śiebie stáwiáne.

Tu dni idą wierszámi
Mieśiące wierszow gromádą:
Kwártały rozdźiałámi,
Ktore się w Dźieiow Tom kłádą.

Z godźin, ze dniow, i z Rokow
Ten się tych Dźieiow Tom rodźi:
A do pierwszych zatokow
Słońce się raz w rok przechodźi.

Iákaż tu (czym zły Prorok?)
Boska k nam miłość wyryta!
Co kwádráns, co dźień, co rok,
Piękną łáćinę nam czyta.

SOlare quando lumen
Cursu per annum volvitur
Annalium volumen
Quatuor tomis absolvitur.

Nova singulis Tomorum
Est temporis nativitas:
Et temporum novorum
Diversa tempestivitas;

Alio colore picta
Veris novelli emblemata,
Alio calore ficta
Æstiva sunt pòemata.

Autumnitatis auris
Sunt scripta collectanea:
Brumalibusque Cauris
Hiberna miscellanea.

Quatuor inde sectiones
Sunt temporis mutabilis,
Variæque lectiones
Authoris admirabilis.

GDy kół po Niebie tocznych,
Słońce rok cáły popiera,
Księgá śię Dźieiow rocznych,
We czterech tomách záwiera.

W káżdym z osobná Tomie
Czás bywa co raz mieszány:
W tych czásách są widomie,
Rożne powietrza odmiány.

Ináczey málowáne,
Wiosny młodźiuchney kleynoty:
Ináczey wypisáne
Ciepłego Látá roboty.

W Tomie Iesieni rodney
Rzeczy pisáne zbierálne:
W Tomie Zimy niepłodney,
Rozmáitośći mieszkálne.

Ztądći działy czworákie,
Czásu ná zmienność prędkiego:
I Lekcye wszelákie,
Doktorá náder dźiwnego.

SI quando Sol cucurrit
Per temporum discordium
Concordiam, recurrit
Par semper anni exordium:

Hoc syderum volumen
Est Musicæ concordia,
Quâ lux Deique numen
Invadit in præcordia.

Hyems, modis profundum
Voraginosis insonat:
Autumnus, is rotundum
Attemperatis intonat:

Æstas canit præaltum
Celerrimis accentibus:
Ver occinit subaltum
Pulcherrimis concentibus:

Quæ sit, sit illa mundo
In infimo discordia:
In organo rotundo
Cæli sonat concordia.

IEśliſz, choć Słońce czáſy,
Zgodnie niezgodne przechodźi,
Teyże ſię záwſze kráſy,
Roku początek nágodźi;

Tedyć te Niebios Kśięgi
Są to Muzyczne Kántyczki;
Przez ktorych ſolfne pręgi
Do mey Bog wchodźi Duſzyczki.

Zimá głoſem báſowym,
Zniża ſwoy tręmuł głęboko:
A Ieśień tenorowym,
Przyśpiewa miernie wyſoko.

Láto noći dyſzkántem,
Z prędkiemi w głośie trelámi
Wioſná wdźięcznym wágántem
Altu donośi z gorgámi.

Rożność ktora ieſt głoſow,
Ná dolnym świátá brzmi Chorze,
Lecz Orgány Niebioſow,
Iednáko gráią ná gorze.

HÆc æthra tam ſerena,
Tantæque pulchritudinis,
Eſt arcuata ſcena,
Et inſtar eſt teſtudinis.

Septemque ſunt planetæ,
Septem fides ſpectabiles,
Amoris hinc Poëtæ
Fiunt toni mirabiles.

Sol chorda principalis,
Flammis micat præconibus:
Eſt luna chorda qualis
Eſt prominutionibus.

Hæ dum fides ciuntur
Amoris in teſtudine:
Laudes Dei canuntur
Mirâ ſuavitudine;

Amor chori magiſter
Chordas videtur icere,
Et ut Dei miniſter
Hanc cantilenam dicere.

TO Niebo ták weſoło,
I ták ucieſznie świecące;
Ieſt pochodźiſte koło,
Wznák ná kſztałt Lutni wiſzące.

Siedm Plánet, śiedm ſtrő znácznych;
Ná rożne noty i tony:
Ná tych ſtronách tułácznych,
Dźiwne gra Miłość Kánzony.

Słońce ieſt ſtroná przednia,
Ktorey promienie dźwięk dáią:
Księżyc ſtroná poślednia,
Iákie dla uymy bywáią.

Kiedy te ſtrony brzęczą,
Ná Lutni złotey Miłości; (czą
Chwały w nich Bozkie dźwię-
Nie bez przedźiwney ſłodkości

Miłość Choru Miſtrzyni,
Zda ſię ná ſtronách wyrzynáć;
A iáko goſpodyni,
Tę ludźiom pioſnkę záczynáć.

O Quis dabit mihi alas,
Sicut columbæ pansiles?
Quis mî, quis esse scalas
Hic trans olympum scansiles?

In cor Dei volabo
In pectus inscrutabile:
Et involans amabo
Bonum, quod est amabile.

Quid Anime mi? quid alis?
Quid indiges talaribus?
Amor est viæ sodalis,
Curisque singularibus.

Habet Amor ipse plumas
Quibus volare dicitur:
Audacter inde sumas,
His nullus interdicitur.

Quod si negantur alæ,
Jam sustuli calcaneum:
Volo sint ut astra scalæ,
Mundusque suppedaneum.

Ani-

O Ktoż mi kto przypráwi,
Skrzydłá gołębiom służące!
Kto mi wſchody postáwi,
Ztąd áż do Niebá idące!

Lećiałbym w niezmierzone,
Sercá Bozkiego wnętrzności:
Támbym Dobro zámknione
Miłował godne miłośći.

Co ſkrzydeł Duſzo moiá,
Co potrzebuieſz pior ptáſzych!
Miłość społdrożna twoiá,
I towárzyſzká prac náſzych.

Ma Miłość ſámá pierze,
Ktorym że lata, udáią:
Tey się trzymaymy ſzczerze,
Przed żadnym iey pior nie táią.

Co ieśli ſkrzydeł bronią;
Iam te iuż przeſzedł bárłogi:
Niech mi się gwiazdy ſkłonią;
Znich mam wſchod, á świát pod
nogi.

Du-

ANime intuere ſurſum:
Et intuendo rumina,
Quis dictet huncce curſum?
Quis ſcribat hæc volumina?

Si lumen, aſtra, cælum,
Et ſyderum proceſſio
Liber eſt, quod ergo prælum?
Aut cujus eſt impreſſio?

Quis author, ecqua norma?
Aut cujus ex imagine
Eſt mutuata forma?
Delineatæ paginæ?

Tot unde ſtellularum
Eſt ordo vel perfectio?
Tot unde litterarum
Cæleſtium collectio?

Non ſunt vel à ſeipſis,
Vel orta caſu lumina:
Oportet ire ab ipſis
Ad altiora numina.

Deum

DUſzyczko podnieś oczy,
A myśl niech pilno uważa:
Kto zpiorką ten kurs tłoczy?
Kto piſmo w księgách wyraża?

Ieśli ſię w księgi liczą, (noty;
Swiáteł, gwiazd, Niebios kley-
Gdźież práſę pápierniczą?
Czyiey druk widźiem roboty?

Kto wynáleźcá ſztuce?
Zkąd wizerunku doſtano?
W ktorey model náuce,
Ná ten konterfet widźiano?

Zkąd gwiazd woyſko ták ſrogie?
Wſzyku ták rządnym bez wády?
Zkąd ſię wźięły ták mnogie,
Liter Niebieſkich gromády?

Sáme ſię nie ſtworzyły,
Ani tráfiły do Niebá:
Gdźie bytności nábyły,
Tám nam dochodźić potrzebá.

Bog

DEum Deique natum
Docemur esse autographum
Exemplar increatum,
Prælum, typum, typographũ.

Quicquid boni deorsum,
Sursumve pulchri scribitur;
Ex hoc, id omne prorsum
Autographo transcribitur.

Quæ cernitur supernè
A sole collustratio,
Est pulchra sempiternæ
Lucis reverberatio.

Quid Anime vis caducis,
In gemmulis, & floribus?
Captivus esse lucis?
Quid solis in fulgoribus?

Scis tè à Deo vocari
In lumen admirabile.
Quo dulce naufragari
Et est perire optabile.

BOG z Synē rownie wiecznym,
Iest własnym tych Kśiąg pisarzē
On wizerunkiem grzecznym,
On prásą, drukiem, drukárzem.

Co dobrego ná dole,
Cokolwiek wzgorę pięknego;
W tym to iest protokole,
Ztąd są przepisy wszytkiego.

Swiátło ktore od Słońcá,
Bláſk ſwoy po źiemi rozwiia;
Od świátłośći bez końcá,
Pięknym śię kſztałtem odbiia.

Coż chceſz miła Duſzyczko,
W pereł i kwiatkow márnoſtki,
W pozorne bláſku łyczko,
W słońcá śię upleść świátłoſtki?

Wſzák wieſz, iż ćię Bog wzywa,
Do ſwey przedźiwney świátłośći
Gdźie tonąc, słodko bywa;
Vtonąć, wſzyſtkie rádośći!

Nie

CUm ſole ne cor erra:
Solum Deum deſidera:
Præ quo quid iſta terra?
Quid aſtra, quid ſunt ſydera?

Qui ſolis Architectum,
Mundique ſabrum reſpicit,
Mundi profectò tectum,
Tectique clavos deſpicit.

Cæli quid eſt patentis
Dicamne ſphæra, an ſphærula
Deitatis eſt latentis
Cortina quædam cærula.

In eaque mille, mille,
Et mille ſparſæ ſtellulæ
Quædam velut favillæ,
Deique ſunt nitellulæ.

Tu diſce noſſe numen,
Tot ejus ex inſignibus;
Deique crede lumen
Lucere ſub tot ignibus.

NIe błądź ſerce z Plánety,
Sámego Bogá pożąday,
Ni ſię ná źiemſkie wety,
Ni ſię ná Niebo oglądáy.

Ten, ktoremu w námowy,
Swiátá Stworzyćiel záſzepce;
I świát, i dách świátowy
I dáchu goźdźie podepce.

Coż ieſt Niebá cáłego
Gałká? (czy mă rzec gałczyná?)
Boſtwá zátáionego,
Błękitna iákas kołtryná.

Ná tle teyto kołderki,
Gwiazdy rozśiano ſzeroce,
Iáko iákieś iſkierki,
Przez ktore Bog ſię migoce.

Twoiá myśl niech ſię troſka,
Z temi znáć Bogá herbámi:
A wierz, iż świátłość Boſka,
Pod temi świeći ogniámi.

DEus est suprema sphæra,
In qua nec ulla bestia,
Nec Hydra, nec Chymæra,
Sed signa sunt cælestia.

Nec cauda Scorpionis,
Fallacis est facundiæ,
Neque caput hîc Draconis,
Est sydus iracundiæ.

Neque Taurus aut Leæna
Hîc nomen astri vendicat;
Neque Cancer, aut Hyæna
In hacce sphæra splendicat.

Neque Phæbus hic rigescit
Sub Capricorni imagine;
Sol semper hic quiescit,
Et semper est in Virgine.

Nec qui per hocce cælum
Arcum tenet Centaurus est:
Arcus, pharetra, telum
Amoris hic thesaurus est.

BOg ieſt naywyżſza ſfera,
Ná ktorey áni źwierz iáki,
Ani Hidrá z Chimera;
Ale Niebieſkie ſą znáki.

Ni tu Niedźwiadkowego,
Chytrey marnośći ogoná;
Ni ibá widáć Smoczego, (ná.
Precz z tąd gniewliwe známio-

Ani Lew, áni Cielec,
Mieyſca tu ſobie nie bierze:
Ni Rákowych widelec, (rze;
Ni Wilczyc naydźieſz w-tey ſfe-

Słońce tu nie przebywa:
W Koźiorożcowey przegrodźie
Bo záwſze odpoczywa,
W czyſtey Pánienki goſpodźie.

Tego Niebá Kozakiem,
Nigdy mieſzkániec nie będźie:
Łuk, i ſtrzáłá z Sáydakiem,
Są to miłośći narzędźie.

NOlo videre cælum
Hic ſplendor eſt umbratilis
Tollatur ergo velum,
Deus ſit aſpectabilis.

Deus eſt bonum ſupremum,
In hoc volo quieſcere:
Huc usque amando demum
Par eſt amantem creſcere.

Amor atque promptitudo,
Virtutis i per ſemitas;
Divina celſitudo
Hujus viæ eſt extremitas.

Procul aſtra noctiluca,
Venusq;, Marsq; ac Juppiter
Sit luce pro caduca
Sol Chriſtus, & Dieſpiter.

Radiis morer ſub ipſis,
Lunæque ſit diſtantia:
Ne fiat in me eclipſis,
Procul ſit inconſtantia,

Pro-

BLáſk mi Niebá mierźiony,
Bo ieſt ćień świátłá práwego;
Uchylcieſz tey záſłony,
Niech Bogá widzę ſámego.

Bog ieſt Dobro iſtotne, (cznie;
W nim chcę odpocząć ſtáte-
Aż tám ſerce ochotne,
Ma ſię oſtawáć koniecznie.

Idźże dárſka miłośći
Po śćieſzkách cnoty torownych
Gorá Boſkiey zacnośći (nych.
Cel ieſt tych śćieſzek cudow-

Precz nocombłyſne znáki,
I Mars, i Wenus z Iowiſzem;
Zá wáſz bláſk ládáiáki
Chryſtuſowym ſię popiſzem.

Pod tym ia Słońcem ſtánę,
Księżyc o podal niech będźie:
Bym ſię nie ćmił w odmiánę.
Nic po nieſtátku wtym rzędźie.

PRocul eſto luna, cujus
Lux in dies mutabilis,
Mea luna ſolis hujus
Eſt mater admirabilis.

Præſente matre proli
Eſt mira lucis unio;
Est luna juncta ſoli,
Durante plenilunio.

Mihi ſole ſic in ipſo
Lunæ placet conſortium;
Ut nuper à me ipſo
Iuraverim divortium.

Volo in aſtra verti ab illis:
Cor hunc, & hanc conſidera,
Utriusque fac favillis
Virtutis in te ſydera.

Procul aſtra ſint maligna,
Eclipſis aſtra errantia,
Virtutis alma ſigna
Amor ſit, & conſtantia.

PRecz z Księżycem ; bo żniego,
Swiátłość nie idźie wárowna :
Moy Księżyc, Słońcá tego,
Ieſt rodźićielká cudowna.

Syn przy mátce z ſwey ſtrony,
Dźiwnie ſię w świátłość bogáći:
Księżyc z Słońcem złaczony,
Swoiey pełnośći nie tráći.

Iam ſię ták rozmiłował
Tey tych dwu świáteł ugody ;
Zem nie dawno ślubował
Vczynić z ſoba roz wody ?

Chcę ſię przez ich zdárzenie,(czki
W gwiazdę przedźiergnać wnete
W cnot ich pátrzac promienie,
Czyn ſobie Duſzo gwiazde-

Precz złe Komet pokráki : (ram
W was gwiazdy błędne nie ſzpe-
Cnoty prześwietne znáki,
Miłośc i ſtátek obieram.

AMoris ito telum,
I ergo quo te dirigo;
Trans astra, transq; cælum,
In cor Dei quem diligo.

Tuæ ô sagitta pennæ
Sunt quas Amor contexuit,
Et gluten est perenne,
Has quo tibi connexuit.

Tuus, ô sagitta, mucro
Cordis figura cusus est;
Illius involucro
Amor meus conclusus est.

Dei cor ergo quære,
Illi meum cor deferas,
Ibi permanenter hære
Nil curo si me deseras.

Persiste, ne recede;
Hoc quippe sum divinior
(Mea mi sagitta crede)
Quo tu Deo vicinior.

IDźże ſtrzáło Miłośći
A idź do celu pewnego;
Aż zá Niebios wielkośći
Aż w ſerce Bogá miłego.

Twoie o ſtrzáło piorká,
Miłość ſwą ręką uwiłá:
By nie odſtáłá ſkorká
Kleiem ią wiecznym zmocniłá.

Twoy grot moiá ſtrzáłeczko
Ná kſztałteś ſercá wypárłá:
W toć to, w to puzdereczko,
Miłość ſię moiá záwárłá.

W ſercuż Boſkim niech wiecznie,
Twoy grot me ſerce zágrzebie:
Tám ſię uwiąż ſtátecznie,
Niedbam, choć będę bez ćiebie.

Tám tám utop twe groty:
Tym mię do Bogá przymykaſz;
(Wierz mi moy bełcie złoty)
Im głębiey w Bogu utykaſz?

MELOS QVARTVM *ANIMI* à Seipso in DEVM SALIENTIS.

Nunquid Deo poteſt comparari homo?
Job: 22.

MELODIA CZWARTA *DVCHA* Od ſiebie ſámego DO BOGA wzbiiaiącego.

Izali człowiek może bydź przyrownany Bogu? u Ioba 22.

QUæ pugna? quive motus
Quæ mentis hæc contentio,
Videor perire totus,
Et abripi me ſentio.

Quod paret eſtne tale,
An res imaginaria?
Naſci videntur alæ,
Naſci mihi talaria.

Videor volans in altum,
Ultra planetas devehi:
Deinde dando ſaltum,
Dei ſub alas evehi.

Adhæc videtur ignis
Fibris meis potirier:
Et miror absque lignis
Qui poſſit hic nutririer.

An innovando fibras,
Tibi Deus me præparas?
Hoc igne corda libras,
Et memet à me ſeparas?

A mun-

COż ieſt? iákież rozruchy
Kogoż ná woynę wzywam?
Ginę ia bez potuchy,
A niewiem, gdźie ſię porywam.

Prawdáż to co ia baczę?
Czy mną widźiádłá matáią?
Pierzem obraſtác raczę
Skrzydłá ſię ze mnie puſzczáią.

Zda mi ſię że do gory,
Aż nád Plánety wſtępuię
A z támtąd wſpárty piory
Pod ſkrzydłá Boſkie wzlátuię.

Nád to i tegom pewien
Ze ogień iákiś mam w ſobie:
To treſna, iák bez drewien,
W moiey ſię żarzy wątrobie.

Snadź me czyſzcząc wnętrznośći,
Sobie mię Boże gotuieſz;
Tym ogniem paliſz kości
W emnie mną ſámym brákuieſz.

A Mundo, ab hisce tricis
Tu me Deus, Tu sevocas:
Et, ut soles, amicis
Ad te meum cor evocas.

Non credo quod retardet
Me languor, aut vecordia:
Exire jam cor ardet,
Et gestiunt præcordia.

Nam nosco Te vocantem,
Et me vocari gaudeo.
Et diligo Te amantem,
Loqui tamen non audeo.

Tua Deus altitudo,
Virtus, & eminentia,
Lux, splendor, amplitudo
Me terret, & potentia.

Meique me remordet
Pudenda sanè exilitas:
Mens inquinata sordet,
Fæx corpus est, & vilitas.

OD świátá od tych plotek,
Ty mię moy Boże odwabiaſz:
Iák opiekun śierotek
Sobie me ſerce ſposábiaſz.

Nie wierzę, by ſię bráłá,
Gnuśnośc mię iáka hámowáć,
Serce chce wyniść z ćiáłá,
Duch ſię wydziera wędrowáć.

Znam ćię wzywáiącego,
A z tąd weſele ponawiam:
Miłuię przyiáznego,
Wſzákże ſię mowić obawiam.

Twoiá Boże wyſokość,
I twarz mię ſtráſzy wſpániáła:
Swietność, chwałá, ſzerokość,
Moc, i potęgá nie máła.

Ia záś iákim lichotá
Znam to do śiebie ze wſtydem:
Cielſko mam pełne błotá,
Duch śmierdźi, gorzey niż żydé.

Mo-

LOquar ego, cum cinis sim,
Tibi Deus sanctissimo?
Loquere Tu vicissim,
Quid, tu, mihi vilissimo?

Quis ego, Deus, quis es Tu,
Ut ante te balbutiam?
Infantiumque gestu,
Nugas meas effutiam?

Quis ego? quis, ut fruiscar
Dei mei consortio?
Nisi vana comminiscar,
Sum parva terræ portio.

Est terra, gleba, limus,
Nostrum genus natalium
Ego inde, & inde primus
Extractus est mortalium.

Ut terreum sigillum
Coram Deo balbutiat!
Ut pulveris pusillum,
Verbum vel unum mutiat.

Deus

MOwić z Bogiē troyświętym;
Tenli to popioł przemoże!
A ty zemną przeklętym
Co będźieſz mowił moy Boże?

Ktoż ia Boże, á kto ty?
Abym przed tobą bełkotał;
A z dźiecińſkiey niemoty
Swe báłámuctwá mámrotał.

Komużby to przychylny?
Z kimby był Bog rzecz máiący?
Ieślim ia w ten nie mylny,
Ieſtem proch źiemie śmierdzący

Ziemiá, bryłá i gliná
Początek rodu náſzego.
Ztąd ia, ztąd on chudźiná,
Przodek rodzáiu ludzkiego.

Więc ten źiemie káwałek
Ze śmie przed Bogiē zákrząknąć?
Ma ten gnoiu ſzuſtfałek
Słowko choć iedno przebąknąć?

DEus meus, quis es Tu?
Quis sum, tuive homuncio?
Qui mente, voce gestu,
Laudes tuas enuntio?

Ego massa, sive grumus
Coagulatus semine;
Ego ventus, aura, fumus,
De ventre natus fæminæ.

Tu fundus, unde rerum
Est omnium nativitas,
Tu splendor unde verum
Est lumen, & festivitas.

Ego stipes, immo truncus,
Pondusque terræ inutile;
Ego muscus, alga, juncus,
Negotiumque futile.

Tu firmitas profundi,
Telluris es constantia,
Anima increata mundi;
Rerum omnium substantia.

Ego

BOże moy, ktoś ty w ſobie?
A kto ia nędzny człowieczek?
Ktory w mych śił chudobie
Chwały twe głoſzę iák ſkrzeczek.

Iam czcza źiemie przywárá
I gruz z naśieniá kukláſty:
Ieſtem wiátr, dym, i párá,
Z żywotám wyſzedł niewiáſty.

Ty pełność dobrotliwa, (dźi,
Zkąd ſię wſzech rzeczy moc ro-
Ty świátłość, zkąd prawdźiwa,
Z świátłem weſołosć pochodźi.

Iam kołek ábo pniaczek
I ćiężar źiemie dáremny:
Mech, poroſt, śitu krzaczek,
A ſłowem plotká nikczemny.

Tyś grunt morzá zmocniony,
Hoyna źiemie podporá;
Duch świátá nie ſtworzony,
Iſtność wſzech rzeczy i ſworá.

EGo roris orta manè
Sum diffluentis bullula,
Nux caſſa, vas inane,
Caduca vitri ampullula.

Tu ſol es abſque mane,
Ludens in iſta bullula,
Replens quod eſt inane,
Parens in hac ampullula.

Ego ſpuma margaritæ,
E roridis liquoribus;
Ego gutta nata vite,
Et floridis humoribus.

Tu cudis unionem,
E fæce ſpumæ roridæ;
Formaſque botryonem,
Humore guttæ floridæ.

Ego cinis atque nitrum,
Felixque terræ mucida;
Tu fingis inde vitrum,
Et vaſa amoris lucida.

IA mdłey, co ſię roſpłynie,
Poránna roſy kápeczká:
Złe iądro, czcze naczynie,
I krucha ze ſkłá bánieczká.

Tyś Słońce bez poránku,
W tey igráiące kápeczce: (ku:
Czczość pełniące w tym dzbán-
W tey ſię świecące bánieczce.

Iam piány pereł wodká
Z ſokow ſtężáłá rośiſtych:
Iam gron winnych iágodká,
Z miazg urodzona kwiećiſtych:

A ty tę perłę kuieſz,
Z oſtátkow roſy pieniſtey:
I to grono formuieſz,
Z ſoku kropelki kwiećiſtey.

Iam páproć ziemie ſproſna,
Sáletrá i wor popiołu:
Ztąd twa mądrość miłoſna
Robi ſzkło ſliczne do ſtołu.

Ktom

Quis ego, Deus, quis es Tu?
Ut audeam vel hiſcere,
Vel amoris actus æſtu,
Te velle concupiſcere?

Ego nil habens egeſtas,
Et ipſa ſum mendicitas,
Tu gaza, Tu poteſtas,
Tu vita, Tu felicitas.

Origo Tu bonorum,
Theſaurus admirabilis?
Radix ego malorum,
Vorago deteſtabilis.

Præſentis & futuri,
Et omnium Tu præſcius.
Ego cordis usque duri,
Ut vel mei ſim neſcius.

Tu mens, & ordo rerum,
Et certa providentia:
Ego pœnitere ſerum,
Et mentis imprudentia.

KTom ia? ktoś ty moy Pánie?
Abym śmiał gębą i ruszyć;
A prze zbytnie kochánie
O twey przyiáźni potuszyć.

Iam odárty włoczęgá
I szczera zewsząd gołotá:
Ty skarb, tyś iest potęgá,
Ty szczęśćie, ty duch żywotá.

Początek ty dobrego,
I náder dziwna skárbnicá:
Korzeń ia i stek złego
Brzydka przepáśći stolicá.

Przeszłych i przyszłych rzeczy,
I wszytkich ty masz wiádomość,
Iam ták gruby, że pieczy,
O swoię nie mam znáiomość.

Ty duch i rząd stworzenia,
Rzeczom opátrzność dozorna:
Iá pień do umartwienia
I myśli płochość niestworna.

MAre Tu Deus profundum,
Ego maris ſum ſtillula:
Tu ſolis es rotundum;
Ego illius ſcintillula.

Tu floris ipſe flos es;
Ego parum lanuginis;
Tu roris ipſe ros es,
Ego humor heſperuginis.

Ego nebulæ pruina,
Tu luminis præſtantia:
Ego caſus, & ruina;
Tu robur & conſtantia.

Ego circulus dolorum,
Tu gaudii perennitas;
Ego rota ſum laborum
Feſtiva Tu ſolennitas.

Ego murmur atque clangor,
Tu riſus & concordia:
Ego leſſus atque plangor
Tu recreans præcordia.

TYś Bog morze głębokie (ki:
Iam punkćik morſkiey kropel-
Ty Słońce wielkookie,
Iam Słońcá płomyk nie wielki.

Tyś kwiátá bránt kwiátowy
Ia mchu cząſteczká wyborna:
Tyś roſy deſzczyk zdrowy,
A ia wilgotność wieczorna.

Iam śrzon mgliſtey niźiny
A tyś ieſt świátłość wſzeláka;
Ia rum i rozwáliny
Ty krzepkość záwſze iednáka.

Iam krąg bolow rozlicznych
Ty krotofilá weſelna:
Iám tręt prac ustáwicznych;
Ty uroczystość Niedźielna.

Iam iest gvvar i ſzemránie,
Ty śmiech i zgodá nadobna;
Ia żáłobá i łkánie,
Ty ſercućiechá oſobna.

TU lux: ego tenebræ:
Ego lutum; tu puritas;
Tu dux; ego ſalebræ;
Timor ego: tu ſecuritas.

Tu dulcitudo; ego fel:
Ego rigor: tu lenitas,
Ego amaritudo: tu mel;
Ego dolor, tu amænitas.

Ego pœna, tu levamen:
Ego febris, tu ſanitas;
Ego noxa; tu piamen,
Ego ſcelus, tu ſanctitas.

Ego turpe: tu decorum:
Ego probrum: tu gloria:
Ego vile: tuque honorum;
Ego pugna, tu victoria.

Ego lucta: tu corona;
Ego labor: tu præmium:
Tua præmiando dona
Es finis, & prooemium,

TY świátłość; ia ćiemnicá;
Ia błoto, ty kwiát czystośći
Ty wodz; ia drog tesknicá,
Ia boiaźń; ty port wolnośći.

Ty słodycz; iam żołć z rodu;
Tyś iest łáskáwość; ia srogość;
Ia gorzkość; ty plastr miodu:
Tyś roskosz; bolow ia mnogość.

Ia nęká; ty ulżenie:
Ia febrá; ty zdroy zdrowośći.
Ia winá; ty zgłádzenie:
Ia grzech; ty świątość świątośći.

Ia sprosność; ty przystoyność;
Ia srom; ty słáwá i męstwo:
Ia podłość; ty czći hoyność:
Ia woyná; tyś iest zwyćięstwo.

Iam praca; tyś ochłodá:
Iam bitwá; tyś iest wygránie:
Swychże dárow nagrodá;
Koniec, początek, tyś Pánie.

TU gemma, tuque byſſus,
Tu Numinis Divinitas;
Æternitas, abyſſus,
Immenſitas, infinitas.

Ego barathrum quis ſum?
Sum lerna turpitudinis;
Ego frugiperda quis ſum?
Ludus viciſſitudinis.

Ego vagante plumâ
Vanoque vento vanior:
Ego volante glumâ
Pulviſculisque inſanior.

Ego tumente ſpumâ,
In proſperis inanior,
Ego rigente brumâ,
In aſperis immanior.

Ego verminante rumâ
Et pure purulentior:
Ego peſtilente ſtrumâ,
Taboque virulentior.

TYś perłá nieodmienna (ność:
Tyś dźiwna Bostwá mister-
Wieczność i głąb bezdenna,
Nieokresżoność, niezmierność.

Ia otchlań czym wżdy iestem?
Iestem plugástwá łożyskiem:
Ostem, chwastem, i rdestem,
Wszelkiey odmiány igrzyskiem.

Iam nád puchy lecące,
I dmę opałek márnieyszy;
Nád plewy padáiące,
Nád lekkie proszki bystrzeyszy.

Ia nád piánę nádęta
Prędzey się szczęśćiem unoszę;
Nád źimę lodem spięta,
Srodzey się w nędzy kokoszę.

Ia nád robáczne skázy, (wodzę:
W ropách, w zgniłośćiách rey
Ia wszelákie zarázy,(przechodzę
Párch, strup, wrzod,iad, świerzb,

EGo pura puta labes
Sum criminum fuligine;
Ego ſcabioſa tabes
Carnis meæ prurigine.

Ego ſcelerum cloaca,
Lacuna ſum putredinis:
Sentina ſum meraca,
Fætoris, & gravedinis:

Ego carcinoma plenum:
Ego merum contagium;
Ego peſtis, & venenum,
Mortis malæ præſagium:

Ego ſpecus, & caverna
Immanium ſerpentium:
Ego Dæmonum taberna
Glutire me volentium:

Ego ſtrues Averni,
Incendii rutabulum:
Ignisque ſempiterni
Non expiandum pabulum.

IA prawdźiwa bolączká;
Ia ſzczery kopeć z ſádzámi:
Ia przemierzła świerżbiączká,
Z brzydkiemi ćiáłá kroſtámi.

Iam ieſt rynſztok wychodu,
Iámá grzechowey zgniłośći:
Stek nieznośnego ſmrodu
Piżmo cuchnącey wonnośći.

Iam káncer i ran blizná,
Iam záráźliwa chorobá
Iádowita trućizná,
Znáczna ná złą śmierć oſobá.

Iam iáſkinia ſtráſzliwa,
Wężow okrutnie świſzczących:
Iam goſpodá właściwa, (cych.
Bieſow mnie pożrzeć prágną-

Iam ſtos Piekłá czarnego,
Kopyść w pożogách zabáwna;
Ognia wiekuiſtego,
Stráwá ná wieki nieſtráwna.

EGo nubium ſequela,
Turboque ſum volubilis;
Araneique tela,
Caroque diſſolubilis.

Ego natus ad feretrum,
Nunc vivo cum mortalibus;
Futurus inde tetrum
Spectaculum ſodalibus.

Ego flatus & pruina,
Quæ ſole primo ſolvitur;
Ego vermium ſagina,
Quæ linteo convolvitur.

Ego vilis ipſe vermis;
Terræque rejectaneum;
Ego impotens, inermis;
Mortisque ſuppedaneum.

Ego clauſa carnis utre
Sum verminoſa fœditas,
Corpuſculumque putre,
Lumbriculis hæreditas.

IAm chmur gęſtych gromádá,
I wicher byſtry w kręceniu:
Sieć páięczego ſtádá,
Ciáło podległe ſkáżeniu.

Iam ſię dla mar urodźił:
Ieſtem dźiś z ludźmi żyiącym;
Będę ſię w krotce godźił,
Ná widok brzydki pátrzącym.

Iam wiátr, i ſrzon ſubtelny,
Ktory ſię ráno rozpływa:
Gádu bánkiet weſelny,
Co go wał chuſty okrywa.

Iam robak niedołężny,
Iam lichy źiemie odrzutek:
Nie duży, bezorężny,
Smierci podnożek, i ſmutek.

Iam w wor ćiáłá zámkniona,
Robáczywość zgnilizná:
Cielſká brzydkość mierźiona,
Gliſtom, pędrakom, puśćizná.

EGo res habenda nauci,
Quam ſperno, cui renuntio:
Res æſtimanda pauci,
Non aſſe, non teruncio.

Ego jacente fæno,
Et vilior ſum ſtramine,
Obſcæniorque cæno,
Abjectior putamine.

Ego umbra veritatis,
Non vera res, ſed recula:
Ego aura vanitatis,
Non vita, ſed nubecula.

Ego muſca, blatta, grillus,
Et ſi quid eſt exilius,
Pilus, pilique villus,
Villoque ſi quid vilius.

Summâ, nihil, minusque,
Nam cum Dei ſint omnia,
Transformo memet usque in-
Larvas, chimæras, ſomnia.

IA nie ſtoię wiárdunku
Ilto żem nie wart, pokażę :
Iam rzecz tania w ſzácunku ;
Zá ieden pieniądz nie ważę.

Iam nád koſzone śiáno,
Nád wiechec ſłomy podleyſzy :
Błotá wemnie w koláno,
Łupinym nie ieſt celnieyſzy.

Iá ćień prawdy wſzczerośći, (czká:
Nie rzecz iak ma bydź, lecz rze-
Dmuch znikomey prożnośći ;
Nie żywot, lecz mgły kápeczká.

Iam ſtonog, mol, świercz, muchá,
I ieśli rzecz ieſt ſzczupleyſza :
Włos, ábo śierć kożuchá.
I rzecz nád włoſy márnieyſza.

Słowem, nic, i mniey ieſtem :
Bo ácz ma bytność ſtworzenie
Sam ſię z wielkim ſzeleſtem,
W lárwy przemieniá i w cienie.

Deus æviterne quis ſum ?
An umbra ficta ſomnio
Si ſum : quis ergo ? quis ſum ?
Sed ſumne vere ? an ſomnio ?

Sum. ſum, ſed à teipſo
Totus Dei, ſum per Deum:
Nil prorſus à meipſo,
Mei ipſius nil eſt meum.

Nihil, nec umbra verè :
Umbræ nec umbra parva ſum,
Nec umbra ſum Chimeræ :
Sed hujus umbræ larva ſum.

Nam me ſui figura
Si privet author omnium,
De me nec umbra pura,
Sed reſtet umbræ ſomnium.

Hæc ſomnii medulla
Prematur hic ſilentio :
Mei proinde nulla
Fiat deinceps mentio.

Sed

BOże moy, ktom ieſt proſzę ?
Czym cień śniący ſię pocześnie?
Ieślim ieſt, czym ſię noſzę? (śnie?
Lecz ieſtże wprawdźie, czy we

Ieſtem ieſt, lecz od ciebie
I przez cię Boże ſámego:
Nicem nie ieſt ſam z śiebie,
Nic w ſobie nie znam ſwoiego.

Ni ia cień iáki ſpory,
Ni cieniá, lub cień lub márá,
Ni cień iákiey potwory,
Lecz tego cieniá máſzkárá.

Bo gdyby Bog łáſkáwy,
Swego mię kſztałtu pozbáwił;
Ze mnie, áni cień práwy,
Lecz by ſen cieniá zoſtáwił.

Ten ſen ſpiku tákiego
Niech tu w milczeniu záśiędźie
Przetoż imienia mego,
Niech áni wzmiánki nie będźie.

SEd Tu Deus, quis es Tu?
In cujus uno numine,
Fæcunditatis æſtu
Eſt lumen ortum lumine.

Tu, qui perennis ignis
Nec flas, nec ardes irritum;
Tu, qui loquendo gignis,
Vivisque agendo Spiritum.

Utinam videndo noſſem,
Quam pulchra ſis Divinitas,
Et nuntiare poſſem,
Quam ſis ſtupenda Trinitas.

Quæ ſit Dei propago,
Eſſentiæque impendium,
Quæ Patris eſt Imago:
Quod Spiritus incendium.

Ideo peto, quis es Tu?
Et eſt amantis quæſtio,
Deus meus, quis es Tu?
Quem ſic amare geſtio.

Quis

LEcż ty, ktoś ty moy Boże?
W ktorego iedney istności:
Niepłodne bydź nie może
Swiátło zrodzone z światłości.

Tyś ogień nie gásnący,
A skier nie prożno poduszczász:
Tyś iest słowem rodzący
Zyiesz gdy Duchá wypuszczasz.

O bym ia tę łácinę,
O Bostwie w Troycy zrozumiał!
Ná twey chwały nowinę,
Swiátby się zdźiwił, i zdumiał.

O bym Oycá płodnego,
I udźielánie Istności;
Bym Syná Oycowskiego!
Bym poznał Duchá Miłośći!

Przetoż ćię, coś zácz, pytam;
A znay miłosne pytánie:
Niechże, ktoś iest, wyczytam;
W kim má ták wielkie kochánie.

Quis Tu Deus Deorum?
Quibus loquar te floribus?
Amor, immò flos amorum,
Compactus ex amoribus.

Oris Tui labella
Sunt lilium de lilio:
Sunt bina, non gemella;
Unum Pater cum filio.

Hi quando collabellant
Spirant amoris flosculum.
Amando cum duellant,
Amoris exstat osculum:

Seritur perenne bellum
Inter Dei suspiria:
Amor ipsius est duellum,
Æterna sunt conspiria

Hæc est Dei * caligo?
Hæc Patris est fæcunditas
Hæc filii est origo:
Hæc Spiritus jucunditas.

* licentia Dimetri

Quis

KToś ty Boże nád Bogi? (ny?
Iák od nas maſz bydź ſławio-
Wſzech miłośći kwiát drogi,
Wſzyſtek z kochánia złożony.

Twych uſt wárgi złoćiſte,
Są to lilie z liliey,
Nie dwie, ále dwoiſte;
Syn z Oycem iedney uniey.

Ci gdy z ſobą ſpołkuią,
Tchną z śiebie kwiatek miłośći:
Gdy ſię wzáiem miłuią,
Wſpoł ſię cáłuią w iednośći.

Wieczną ſię báwią woyną,
Te wBogu tchnienia ſpołeczne:
Sámá tu Miłość zbroyną,
A te wpołtchnienia ſą wieczne.

Toć ieſt Boſtwá záćmienie;
Tá płodność Oycá wiecznego:
Toć ieſt Syná rodzenie:
Ta ſłodkość Duchá Swiętego.

Quis ergo Tu? quis es Tu?
Intra sacram caliginem,
Tibi ipse mentis æstu
Qui duplicas originem?

Tu sol es à Te ipso,
Nos inde lucem traximus:
Sol solus, in seipso
Ter unus, & ter maximus.

Ter unus, immò Ternus
Seu, Tres in uno numine:
Nam vivis æviternus,
Calore, luce, lumine.

Ter magnus absque mole,
Non absque plenitudinē:
Nec solus absque prole,
Sed absque solitudine.

Cum Patre fæta proles;
Amoris est origine:
Tres estis ergo Soles,
In unica caligine.

KTożeś Boże tym względē (niu
Ktory w twym świet: záćmie-
Sam sobie Duchá pędem,
Dwoisz poczatek w rodzeniu?

Tyś Słońce w swey ozdobie;
Z ktorego światło iest wszelkie:
Słońce szczegulne w sobie,
Słońce troyiedno, troy wielkie.

Troyiednoś bá troiste
Abo trzy w iedney istnośći;
Bo żyiesz wiekuiste,
W ogniu, w goracu, w świátłośći.

Troy wielkieś bez ogromu;
Ale w swey pełni przytulne;
Nie bez potomká w domu;
Ale bez pustek szczegulne.

Oćiec, i Syn obie (niu:
Nie sa niepłodni w swym tchnie-
Tośćie sa Słońcá troie;
W iednymże Bostwá záćmieniu.

Kto-

QUis porro Tu? quis es Tu?
Ubi manes quid actitas?
Quo more quovè geſtu,
Quæ ſunt agenda factitas?

Agis, nec occuparis,
Nullo regis negotio:
Satagendo feriaris?
Nullo quieſcis otio.

Fers cuncta, nec gravaris,
Pondus facis, nec ponderas,
Et quando ponderaris,
Tu ponderi præponderas.

Radiando non videris,
Obſcuritate nobilis.
Movendo non moveris,
Mundum moves immobilis.

Veſtiris absque amictu,
Es dives absque cenſibus,
Et vivis absque victu,
Sentis, ſed absque ſenſibus.

KTożeś ieſzcze tym torem ?
Gdźie mięſzkaſz? czym ſię zá-
Iákim kſztałtē i wzorē, (bawiaſz?
Czyny rozliczne wyſtáwiaſz ?

Robiſz, á nie prácuieſz ;
W rządách pokoiem opływaſz:
Bez troſki pieczołuieſz ,
Bez prożnowánia ſpoczywaſz.

Dźwigaſz krom udźwignienia,
A wagę czyniąc nie ciężyſz :
Przyydźieſzli do wáżenia ;
Wſzelkie ciężary wypręży ſz.

Swiecąc ſię niewidomyś,
A w ſwym pociemku iáśnieieſz :
Ruchaſz, á nie ruchomyś, (ieſz.
Sá ſię nie chwieiąc, świát chwie-

Odźianyś bez odźienia:
Ieſteś bez bogáct w bogáty :
Zyieſz bez pożywienia ;
Czuieſz bez zmyſłow podniáty.

TU primus, & ſupremus,
A te velut primordio,
Sunt cuncta quæ videmus,
Sed tu cares exordio.

Tu ſemita absque calle,
Iter carens veſtigio;
Tu mons es absque valle:
Turris carens faſtigio.

Globus triangularis,
Centro carens rotunditas:
Triasque circularis;
Fundo carens profunditas.

Sine Venere es venuſtus;
Es artifex ſine artibus:
Sine ſenio vetuſtus:
Perfectus absque partibus.

Es juſtus absque norma,
Es rectus absque regula,
Formoſus absque forma,
Æternus ante ſæcula.

Es

TYś początkiem i końcem
Tobie się kłádźie we wźiątku
Co się oświeca Słońcem ;
Ale sam nie masz początku.

Tyś śćieszká nie ubita ;
Drogá bez toru szeroka :
Tyś gora cáłkowita :
Wieża bez wierzchu wysoka.

Tyś sferá trzygránista
Okrąg bez centrum we śrzodku
Troycá zewsząd kolista ,
Głębia bezedná i spodku.

Bez krasyś osobliwy :
Bez sztuk rzemieśnik doyźrzáły:
Bez stárośći szedźiwy :
Bez częśći wszystek i cáły.

Bez práwáś spráwiedliwy ;
Prost bez práwidłá i kluby :
Bez kształtu urodźiwy ;
Wieczny bez wiekow ráchuby.

ES pulcher absque nævo,
Omni joco jucundior;
Omnique major ævo;
Omnique mundo mundior.

Vivendo non ſeneſcis,
Nil tempus ex te deterit;
Quid ſit fuiſſe neſcis,
Tempus Tibi non præterit;

Ex Te fit omne verum,
Et non fit imperfectio,
Tu forma, tuque rerum
Es omnium perfectio,

Es terra, non araris:
Es unda; non es humida,
Es aura; non vagaris,
Es flamma, non es fumida.

Pelagus es absque portu,
Convallis absque montibus;
Lux absque ſolis ortu,
Et flumen absque fontibus.

IEſteś piękny bez wády :
Káżdą ućiechę oſłodźiſz :
Wſzech wiekow tráciſz ſzlády :
Wſzelką chędogość przechodźi ſz

Siwizny nie obleczeſz ; (ia :
Bo czás w tym Pánſtwie nie zbi-
Nigdy, Byłem, nie rzeczeſz ,
Bo czás u ciebie nie mija.

Z ciebie prawdá i trwáłość :
Szwánk tu nie mieſzka komorą,
Z ciebie ſvvą doſkonáłość (biorą
Svvoy rzeczy wſzyſtkie kſztałt

Ziemiáś, lecz nie orálna , (dźiſz :
Povvietrześ, vviátrovv nie pę-
W odáś ; lecz nie maczálna ;
Ogień, lecz kopćię nie ſvędźiſz.

Ieſteś bez portu Morze :
Rovvniná bez gor leżąca :
Svviátłość bez ránney zorze
Rzeká bez zdroiovv płynąca.

Ie steś

Rosa es, sed absque spinis,
Fons es, sed absque origine
Et absque fine finis:
Et absque sol vertigine.

Amor es, sed absque telo,
Vinum, sed absque flocibus
Typus, sed absque prælo:
Liber, sed absque vocibus.

Nemus, sed absque luco;
Aurum, sed sine scoriâ:
Species, sed absque fuco,
Et absque fumo gloria.

Et absque nocte cælum,
Et æquor absque fluctibus,
Et absque nube velum,
Et risus absque luctibus.

Et hortus absque dumo,
Et fructus absque cortice,
Thesaurus absque nummo,
Abyssus absque vortice.

IEsteś roża bez głogu: (go:
Zdroy bez początku wszelkie-
Koniec bez końcá z rogu;
Słońce bez biegu dźiennego.

Miłość bez strzáły w łuku;
Wino bez drożdzy klárowne:
Druk bez práſy do druku:
Piſmo bez liter cudowne.

Gay bez gęstwy krzewienia:
Złoto nie bláde zużelem:
Vrodá bez pię krzenia:
Bez dymu chwałá z weſelem.

Nieboś, i dźień bez mroku,
Morzá bez wáłow ſpokoyność:
Zaſioná bez obłoku: (ność.
Smiechu bez płáczu przyſtoy-

Ogrod bez chwastu cudny:
Owoc bez łupin, przypiętych:
Skarb bez bogactw nie trudny:
Przepáść bez wirow zakrętych.

INvolvor hâc abyſſo,
Obſcuror iſto lumine,
Dum lambo, dum pitiſſo,
Submergor alto flumine.

Quid eſt Deus, requiro?
Hoc circulo mens volvitur,
Et undequaque gyro,
Et quæſtio non ſolvitur.

Peto quid eſt? nec unquam
Quid illud eſt definio:
Utut addo, & addo, nunquam
Definiendo finio.

Sic inquieta reſtas,
Et fixa mens, dum penſitas,
Quid eſt Dei poteſtas?
Dei quid eſt immenſitas?

Areſcis unde abundo;
Hinc ſemper opto pergere;
Voloque me profundo
Divinitatis mergere.

W Tę západam głębiznę
Tey mię ćmi świátło iáſnośći:
Tey Rzeki gdy choć liznę;
Wſwey mię pogrąża bytnośći.

Co ieſt Bog; wſzyſtko pytam;
Tym kołem biegam i krążę:
Zewſząd śię płotá chwytam
Wſzákże do prawdy nie zdążę.

Szperam; Co ieſt? nie ſporo:
Wtąż ia, co to Bog, nie zgádnę:
Przydam tyle śiedmioro (dnę.
Bá w punkt ia iednak nie wpá-

Ták nie śiedźiſz z pokoiem, (dza;
Ták ćię Duſzyczko myśl zdra-
Gdy ſzperaſz w Bogu ſwoim,
Iáka w niem wielkość i władza!

Oſchłáś w poł obſitośći
Przetoć śię nurzem zákropić;
Ia w Boſtwá głębokośći;
Chcę śię koniecznie utopić.

DEus meus quid extra
Te quæro quid conſidero?
In Te, tuaque dextera,
Sunt cuncta quæ deſidero.

Quid quæro ſuavitatem,
In mundi acerbitudine?
Quid quæro dulcitatem,
In ipſa amaritudine?

An ruris opto mella?
An hortuli fragrantiam?
An Chloridis labella?
An floris elegantiam?

Tu mellis officina,
Melligo mellitudinis,
Apumque Tu rapina,
Dulcedo dulcitudinis:

Tu riſus hortulorum,
Et gratia, & fæcunditas,
Et ipſa floſculorum
Chloris, Charis, Jucunditas:

Quid

Ná cóż ſię w tey ćiemnicy
Procz ciebie Boże, oglądam ?
W tobie i w twey práwicy ;
Ieſt wſzyſtko, czego pożądam.

Ná co ſzukam wdźięcznośći ,
W tákiey przykrośći świátowey?
Ná co pryćiam ſłodkośći ,
W tey tu gorzkośći tákowey ?

Czy ia w miodách ? (o wſtydźie)
Czy w wirydarzách pachnących?
Czy ſię w piękney Chlorydźie?
Czy w kwiátách kochā błyſzczą-
(cych ?

Tyś páśieká koſztowna :
Treść wſzelkich plaſtrow obfita:
Pſzczoł drapiez niewymowna ;
Słodkość ſłodkośći ſowita.

Tyś kraſá ogrodeczkow :
Wdźięczność, obfitość, urodá:
Sámáś nawet kwiateczkow ,
Wioſná, przyiemność, ochłodá.

QUid quæro claritatem
Ex Cynthia, vel Cynthio?
Quid quæro ſuavitatem
In felle, ſive abſinthio?

Quid vina, quid ſapores?
Quid apparatus Perſiæ?
Quid liba, quid liquores?
Quid fercla menſæ tertiæ?

An lactis opto mammas?
An ſacchari tragemata?
An ſolis opto flammas?
Irisve pulchra emblemata?

Tu ſol, tuumque pectus
Eſt vena claritudinis,
Tu lucis Architectus,
Idæa pulchritudinis.

Tu nectaris papilla,
Uber beatitudinis,
Tu menſa, tu cibella
Omnis ſuavitudinis.

COż śię w tym świetle brukam,
Księżycá, Słońcá, Plánetow!
Co smákowitych szukam
W żołći, w piołunie, bánkietow?

Co winá? co bážántow?
Co perskich opon i stroiow?
Co pásztetow? álkántow?
Co drogich prágnę napoiow?

Czy ia to cycoń iáki?
Czy z cukru żebrzę łákotek?
Czy z Słońcá mam przysmáki?
I z pięknych tęcze forbotek?

Tyś Słońce, tyś moy Pánie,
Strumień iásnośći słoneczney:
Tyś Swiátłá zbudowánie;
Tyś ksztáłt pięknośći tuteczney.

Tyś miod słodko piiálny
Tyś źrzodło szczęśćia wiecznego,
Tyś Boże stoł iadálny,
Potraw i smáku wszelkiego.

Quid Balsami liquorem
Quæro, vel ex America?
Ex pisce quid colorem?
Ex verme fila serica.

Quid seris opto floccum
Auri striatum segmine?
Quid opto terre coccum,
Pro veste vel pro tegmine.

Amor, amor est amictus,
Nec Muricum cruoribus,
Nec acu, nec arte pictus,
Sed propriis ardoribus.

Amor, amor est coloris
Est purpuræ flagrantia
Amor, amor est odoris,
Est balsami flagrantia.

Deus amor est amænus,
Amor Deus, pulcherrimus:
Deus amor est serenus;
Amor, Deus, tenerrimus.

Ná co bálſamow wonnych
Ameryckiego ze krzaká?
Zryb ſzukã farb poſtronnych?
Kłákow iedwabnych z robaká?

Ná co prágnę bławatow
Złotá háftami nátkánych?
Ná co z drogich ſzárłatow,
Szat, kołder, opon, zſzywánych.

Miłość, Miłość ieſt ſzátą
Nie pławow morſkich iuchámi:
Ani wzorem bogátą, (mi.
Lecz ſwych płomieniow háftá-

Miłość, Miłość w gorących
Ieſt myta fárbách purpurá:
Miłość, Miłość pachnących,
Wonna bálſámow naturá.

Bog ieſt weſołochłodną
I naypięknieyſzą miłośćią
Bog ieſt záwſze pogodną,
Nayroſkoſznieyſzą lubośćią.

PHy blandulas puellas
Cum crine, cum muraenulis
Phy monſtra, phy procellas
Cum Cypri, cum Sirenulis.

Non me regit cupido,
Non impudens amaſia,
Non forma, non libido,
Non purpurata baſia.

Quærone ſuaviari?
Tu ſuaviorum ſuavitas,
Quærone baſiari?
Procul ſit omnis pravitas.

Tu me, Deus ſatullas
Caſtiſſimis amoribus?
Mihi cor emedullas
Oris tui favoribus.

Cæleſtibusque texis
Ignes tuos cupediis:
Tua ſaties, orexis
Eſt ſemper absque tædiis.

Quæ

Pſy łágodne dźiewczyny (tały,
Zſtroymi, z wárkoczmi, z pon-
Pſy ſproſne Kupidyny
Máſzkar Syreńſkich zápały.

Do mnie Bożek nie zbłądźi,
Kochan miłoſtek prywatnych :
Cieleſność mną nie rządźi,
I warg przyiemnych ſzárłatnych

Szukamli cáłowánia ;
Tyś w cáłowániu roſkoſzą :
Prágnęli obłápiánia, (ſzą.
Precz z tąd niepráwość wyno-

Ty mię Boże náſycaſz,
Twoim nayczyſtſzym kocháńiē
Ty mi ſerce záchwycaſz,
Licá twoiego ſprzyiániem.

Z ſmákiem ſię dźiwnym łączy,
Kochánia twego raczenie :
Z twey ſię ſytośći ſączy,
Bez uprzykrzenia prágnienie.

QUæ regna quos Ducatus?
Quas comminiſcor glorias?
Quos formo principatus?
Quas ſomnio victorias?

Quæ fata ſpesve fingo?
Quæ glorioſa inſania,
Caſtella mente pingo,
In Gallia, aut Hiſpania?

An aucupor favores?
An multa privilegia?
An aulicos honores?
An Magnus eſſe in Regia.

Ubi Deus invenitur,
Hæc eſt honoris Curia,
Qui te Deus potitur,
Non tangitur penuria.

Tu fauſtitatis ædes;
Tu gloriæ palatium,
Potentiæque ſedes,
Tu vita, Tu ſolatium.

IAkież ia Krolestw włośći?
Iákie czci, chwały, i Kśięstwá?
Iákie zmyślam zwierzchnośći,
Iákie mam we śnie zvvyćięstwá?

Co zá nádźieie płonne,
Sławnym szaleństwem máluię?
Zamki Fránkom obronne,
Twierdze Hiszpánom buduię?

Czy ia o łáskę stoię?
Czy przywileiow vvyglądam?
Wymię czći dworskich doię?
Wielkim ná dworách bydź żądá?

Gdźie Bog náleźion bywa,
Tám iest godnośći stolicá:
Kto ćię, Boże, záżywa,
Zadna go nie tknie teskni cá.

Tyś iest szczęśćia mieszkánie,
Ty świetna chwały gospodá:
Wszechmocnośći schowánie,
Zywot, ućiechá, ochłodá.

QUid gemmeas inaures?
Quid quærimus monilia?
Quid ut graventur aures,
Mundi novi conchylia?

Quid ut ardeant capilli
Lychnite, & carbunculis?
Aut pendeantlapilli,
Ex aurium carunculis.

Carbunculi, ſmaragdi,
Quæcunque fulget claritas,
Quæcunque poſſit addi;
Divina præſtat caritas.

Deus eſt coruſca gemma,
Flagrans amoris ignibus;
Adamantis ipſe ſtemma
Fert pro ſuis inſignibus;

Adamante ſigner illo,
Amor per illum cuditur.
Illo Dei ſigillo,
Summum bonum concluditur.

CO nauſznic perłowych,
Co my kleynotow ſzukamy?
Co áż do świátovv novvych,
Dla czáczek z ſkorup látamy?

Ná co kárbunkułámi
Włoſy upſtrzone pałáią:
Ná co ſię z kámyczkámi,
Perły przy uſzu wieſzáią?

Zá wſzyſtkie Kárbunkuły,
Zá ſzmárágdowe migánie,
Zá ſzáfirow ſzkátuły,
Zá wſzelką cenę Bog ſtánie.

Bog ieſt prześwietna perłá,
W żywym miłości płomieniu:
Zá herb i miáſto berłá,
Nośi Dyáment w pierścieniu.

W iego ia konterfećie,
Chcę bydź miłością znáczony:
Bo w tym Boſkim ſygnećie,
Skarb wſzego dobrá zámkniony

SI fortè præ favillis,
Præ gemmeis carbonibus,
Præ Lazuli lapillis,
Delector unionibus.

In te Deus Ter-uno,
Essentiæ communio,
Dat esse Tres in uno;
Quam rarus est, hic unio.

Dos hujus unionis
Sunt Unitas, & Trinitas:
Hujusce Ternionis
Est unio, Divinitas.

Et hujus æstimatur
Ex Unitate, raritas:
Amor unio vocatur,
Et Trinitatis caritas.

Hoc ergo Ternione,
Trinæ fruens Hypostasis,
Et solvor Unione,
Et linquor & fit Extasis.

FINIS.

IEśli ſnadź nád żarzyſty,
Swietnego wąglik Rubiná;
Nád iáſne Amátyſty,
Łuba mi pereł rodźiná:

W tobie troyiednym Boże,
Spolność iſtoty cudowna,
Trzech w iednym czynić może
Iákoż to perłá koſztowna!

Dźiwne ſą perły tákiey,
Iedność i Troycá, przzmioty;
W liczbie Perſon troiákiey,
Ieſt iſtność Boſkiey iſtoty.

Z tey ſię Boſtwá iednośći,
Cená tey perły ſzácuie:
A owey troiſtośći,
Zwiąſkiem ſię Miłość miánuie.

Tą tedy troiſtośćią,
Oſob ſpołistnych náſycon;
Roſpływam ſię iednośćią,
Mdleię i bywam záchwycon.

KONIEC.

Fecisti nos Domine ad Te, & inquietum est cor nostrum donec requieſcat in Te.

Auguſtin. 1. Confes.

Stworzyłes nas dla siebie ſámego Pánie : przeto odpoczynku nie ma ſerce náſze, poki nie odpocznie w Tobie.

S. Auguſtyn.



X XIIII